

Handwritten text at the top of the page, including a large initial letter 'S'.

Handwritten text on the second line of the page.

Handwritten text on the third line of the page.

Handwritten text on the fourth line of the page.

Handwritten text on the fifth line of the page.

Handwritten text on the sixth line of the page.

Handwritten text on the seventh line of the page.

Handwritten text on the eighth line of the page.

Handwritten text on the ninth line of the page, featuring a large blue initial letter 'U'.

Handwritten text at the bottom of the page, including red initials.

n. 6.

183

L3

1835

☾

♃

♂

☉

♂

♃

♃

Digitized by the Internet Archive  
in 2010 with funding from  
Research Library, The Getty Research Institute

# MONAS HIERO- GLYPHICA IOANNIS


DEE, LONDINENSIS,

AD

MAXIMILIANVM, DEI  
GRATIA ROMANORVM, BO-  
HEMIÆ ET HVNGARIÆ RE-  
GEM SAPIENTISSIMVM.

A V T T A C E A T,

Q V I N O N I N T E L L I G I T .



A V T D I S C A T .

De rore cæli, & pinguedine terræ, det tibi Deus.  
*Genes. cap. 27.*

FRANCOFVRTI  
Apud Ioannem Wechelum & Petrum  
Fischerum consortes,

MDXCI.





INCLYTI REGIS  
 MAXIMILIANI EX-  
 CELLENTISSIMÆ MAIESTA-  
 TI IOANNES DEE, LONDI-  
 nensis Imperium optat Feli-  
 cissimum.

**Q**UÆ duæ causæ, meæ conditio-  
 nis Hominem, REGEM tan-  
 tum, tam exiguo donare Mu-  
 nere, animare possunt, hæc ambæ, nunc, me  
 ad hoc faciendum impulere. Beneuolen-  
 tia nimirum erga vestram Maiestatem  
 mea maxima: & Muneris ipsius, licet  
 parui, tum Raritas magna, tum Boni-  
 tas haud aspernanda. Beneuolentiã vo-  
 bis excitauere & conciliauere sempiter-  
 nam; Vestræ admirandæ Virtutes: Quæ  
 tantæ sunt, ut, qui illas oculata non per-  
 spexerint fide, aliis quidem, vel medio-  
 criter credant, Rarissima, de eisdem, li-

cet verissima, narrantibus. Sed qui easdem diligenter accuratiusq; sunt Contemplati Præsentes: Orationis, se, Dictionisque maxima laboraturos Inopia ac paupertate fatebuntur; quam primū Oratoriè in earundem omnem se diffundere cupiant Amplitudinem. Huiusce rei causas, Ego, proximè iam præterito Septembri, in Hungarici vestri Regni Pofonio, aliquam trahens moram, luculentissimas, easque variis exploratas modis, oculatus cognoui Testis.

De Muneris autem (mole quidem ipsa exigui) quod dicerem Raritate, verbis, quàm fieri possit, paucissimis; Mihi, Mentis indaganti conamine toto, Occurrit Humanæ vitæ Duplex, inq; diuersas sententias, Cursus (quorum alterum ingrediuntur Plerique omnes) istac considerandus ratione. Quam primū, Infantia confecto curriculo, Pueritiæque: Adolescentū iam, Quod vitæ de-




*inceps ingredientur genus; Animum torquere incipiat Optio: Tunc, in ancipitis Judicii aliquantulum hæsitantes, Bivio: Statuunt tandem: Vel ( Veritatis Hij quidem & virtutis Capti Amore) ad Philosophandum, toto reliquo vitæ spacio, nervos contendendos omnes: Vel, ( Illi certè, Mundanis irretiti Illecebris: aut Diuitiarum flagrantes Cupiditate) delicatam Quæstuosamve vitam ducere, modis sollicitè laborandum omnibus. Et Istorū, Mille, profectò vel facillimè inuenias: Vbi florum (sincerius scilicet qui Philosophiæ operam nauant) vix Vnum monstrare queas: Qui ipsa Physicæ, saltem prima veraque, degustarit fundamenta. At, Qui Cælestium virium & Actionum: Rerum aliarū Ortus, Status, Obitusque, fuerit penitus pleniusq; perscrutatus Caussas: ne eorum quidem, qui se totos ad sapientiæ studia conuertere, Millesimum, in medium adfer-*

re, Resp. Literaria potest. Quid ergo, Qui, istis difficultatibus, superatis omnibus, ad supercaelestium Virtutum, Metaphysicarumq; Influentialium Speculationem & comprehensionem Aspiravit, VBI HVNC, in toto Terrarum Orbe (nostris istis deploratissimis Temporibus) Magnanimum, vel VNVM, esse sperabimus HEROA? Cum iuxta prioris nostræ (haud temere receptæ) MILLESIMÆ Proportionis Progressū: EXCENTVM SINCERE PHILOSOPHANTIVM MYRIADIBVS: AT EXPROMISCVÆ HOMINVM SORTIS, CENTVM MYRIADV M MILLIBVS, HVNC VNICVM FELICISSIMVM FOETVM EXPECTARE DEBE MV S. Cuius sic demonstrata RARITATIS HIEROGLYPHICVM Typum, ad Pythagoricam (dictam) appingemus literam. Vbi, vestra Excellentia attentius intuenti, maiora sese (Consideranda)

offerre

offerre videbuntur, *Mysteria: ex nostris hoc modo descripta COSMOPOLITICIS Theorijs.*

ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΣ.



*In quo nunc Triplicis istius (Philosophica) explicata Raritatis Gradu (Clementissime REX) Optarem quidem hoc meum Esse, Censeriq; Munus: Vel Ipse, qui artium Maximarum, Rerumq; Secretissimarum cognitione Excellis & abundas, facili possis assequi coniectura.*

1. *At in Infimo, primoque Philosophandi genere, statuere: non id à me arroganter esse factum existimo. Et si ab humo, altius interdū videatur Caput leuare velle: Ex eodem ergo et BONITATIS Gradu, fructus vberes, de isto meo Sperandos Munere, Vestrae Celsitudini polliceri, audeo. Et, hac quoque Raritate praeditum est, hoc nostrū Munus. Quod eo genere Scribendi, vsque ad extremum Orationis filū, contextum est, quo, nunquam, ad hodiernum vsq; diem, aliquod fuisse absolutum Opus, vel auditione accipere potui, vel ex maiorum intelligere Monumentis.*
2. *Hieroglyphicum etiam licet appellem, subesse tamen & Lumen & Robur quasi Mathematicum, Qui penitus examinari, fatebitur: Quod in tam Raris factitare rebus satis esse Rarum liquet.*
3. *An non hoc Rarum, quaeso, Astronomicos Vulgares Planetarum Characteres,*
- 4.

(ex Mortuis aut Mutis, aut saltem quasi Barbaris ad hanc horam Notis;) Iam, Vita imbui Immortali: & in omni Lingua & Natione, proprias suas eloquentissime explicare posse vires? Cui etiã accedit & istud valde Rarum: Externa eorundẽ Corpora, ad mysticas iam suas (optimis Argumentis Hieroglyphicis) esse reuocata, restitutaue Symmetrias. Quasi, vel eadẽ fuissent olim, apud Sæclum prius: vel tales fore nostri Optassent *Maiores*. In Eclipticæ Dodecateriorum Notis, quã nouo, feliciq; idem præstare tentauerimus successu, & id videre Vt est Rarum, ita nouum prorsus. Et hæc omnia in Vnico, eoque *MERCVRII*, Characterẽ Hieroglyphico (Acumine quodam præmunito) includi, est omnino Rarissimum. Vere ergo, Ille, nobis totius Astronomiæ Restitutor & Instaurator nominari potest: & nostri *IEHOVÆ* in hoc genere Nuncius, vt

5.

6.

7.

*Sacrã hanc Scriptionis Artem, uel NO-  
 V A M Conderemus Primi : uel extin-  
 ctam prorsus, & ex omni hominũ Me-  
 moria deletã, eius Reuocaremus Moni-  
 tis. Idque, à nobis, hoc est factum modo,  
 ut placidissime, & quasi sua sponte, Hi-  
 eroglyphicæ illa interpretationes omnes,  
 sese in medio ponant : Violentum nil, uel  
 Improprrium quasi per totum uideri O-  
 pusculum potest.*

8. *Et hæc, Ita, LONDINENSI no-  
 stro HERMETIS SIGILLO (ad  
 sempiternam Hominum memoriã) Con-  
 signari; Ut, in eodẽ, ne Superfluum Pun-  
 ctũ Vnũ; & ad hæc quæ diximus signifi-  
 canda, (longeque maiora) ne unum defi-  
 ciat Punctum; Omnes cogentur, maxi-  
 me fateri Rarum. At præ cæteris, Illi,  
 qui in Philosophiæ Sipientiæque pro-  
 fundioribus Disquisitionibus, Nomen  
 possunt profiteri suum. Sic enim Testi-*

ficabuntur Grammatici : dum rationes  
 esse reddendas, de Literarum formis, Si-  
 tu, Locis in Ordine Alphabetario, Ne-  
 xibus variis, Valore Numerali, aliisque  
 plurimis ( quæ circa Trium Linguarum  
 Alphabeti Primaria considerari debent )  
 hic admoneri se videbunt. Vt & alias, tã  
 Rarũ esse Grãmaticũ, Qui Grãmaticã,  
 V N A M esse Scientiam, ab V N O di-  
 scendam Homine, exacte defendere pos-  
 sit : Quam Illum, quem Supra in Terris  
 demonstrauius Rarissimum. Apolo-  
 getice, olim disseruimus. Sed tanta de hijs  
 mihi constant Mysteria, quæ solidissima  
 habent ( tum istius Artis Grammaticæ.  
 tum eorum quæ eiusdem eruantur au-  
 xilio Mysteriorum ) in Sacrosanctis  
 D E I O M N I P O T E N T I S  
 Scripturis, iacta Fundamenta; quan-  
 ta nec Libro explicare magno queam;  
 nec Locus iste, iam requirere videtur.

Anno  
 1557.  
 In Spe-  
 culo V-  
 nitatis,  
 siue  
 Apolo-  
 gia pro  
 Roge-  
 ro Ba-  
 chone  
 Anglo.

Neq; mireris, O Romanorum Rex inclyte; Me, Alphabetariã Literaturam, magna continere Mystéria, nunc obiter referre: Cum IPSE, qui omnium Mysteriorum Author est SOLVS, ad Primam & Vltimam, SEIPSVM Comparauit Literã. (Quod nõ in Græca solum esse intelligendum Lingua: sed tum in Hebræa, tum in Latina, variis, ex arte ista, demonstrari potest viis.) O, Quanta, tum, debeant esse, Intermediarum Mystéria? Et nõ est mirum, hoc, in literis sic constare: cum & Visibilia & INVISIBILIA omnia: Manifesta, & Occultissima ( Natura vel Arte) ab ipso Deo emanãtia, ad eius BONITATEM, SAPIENTIAM & POTENTIAM, prædicandam, celebrãdamq; à nobis, diligentissima Indagine sunt perlustranda. Inde, excusatione omni carere HVMANVM GENVS, docebat Paulus: Etiam si, nullum aliud de hijs habe-

Ad Rõ.  
cap. 1.



ret Scriptū Monumentum; Quam, quod  
 ex CREATIONE, ipso Digito DEI,  
 in omnibus est exaratum Creaturis. At,  
 hoc nunc non ago, Curiosius, ut ista ab  
 omnibus requirere velim Grammaticis:  
 Sed f̄psos, Qui Rerū abdita eruere My-  
 steria Laborant: cum, Testes facere nos,  
 RARVM quoddam in hoc Genere, (ex  
 nostra MONADE) demonstrasse Ex-  
 emplum: tum Amice admonere; Primas,  
 Mysticasq;, Hebræorum, Græcorū, &  
 Latinorum literas: à Deo solo profectas,  
 & Mortalibus Traditas. (Quicquid  
 humana iactare solet Arrogantia) Ea-  
 rumque omniū Figuras, ex Punctis, Re-  
 ctis Lineis & Circulorum peripheriis,  
 (mirabili Sapientissimoq; dispositis Ar-  
 tificio) prodixisse. Et licet, omnem Mosa-  
 icæ Legis sensum, usq; ad Iodim & A-  
 picum Impletionem omnium, considerā-  
 dū esse, nos docuit æterna Cælestis nostri  
 Patris Sapientia: quasi in IOD & Chi-

Matth.  
 cap. 5.

*reck (ex quibus omnes Hebræorum Li-  
 teræ, Vocaleſque conſurgunt) ultima  
 Cõſiderationis Legalis, facta Analyſi:  
 Nobis tamen non eſt id Contrarium,  
 VNITATE APICIS CHIREK, IM-  
 MOTA MANENTE: TRINITATEM  
 MONADVM CONSVBSTANTIA-  
 LIVM, INVNITATE IPSIVS IOD,  
 CONSPICVAM, Amplectentibus: Ex RECTA  
 DESCENDENTE LINEA VNA ET  
 DIVERSIS PERIPHERIÆ PARTI-  
 BVS DVABVS, CONFORMA-  
 TAM. Vnde ſatis enucleate, eodem la-  
 bore detegimus: Primos Homines, tam  
 Stupendam Hebraicarum Literarum  
 & Nekudoht Fabricam, ex tam My-  
 ſticis condere Principiis, ſine Præſentif-  
 ſimo Diuini Numinis Afflatu, non Po-  
 tuiſſe. Quæ etiam ſi, Minima eorum  
 ſunt, quæ vulgarium Grammaticorum  
 ponderentur Iudiciis: Dum tamen, quo  
 ſeſe ad omnẽ Literarum & Nekudoht  
 Generationem, & quam mirabili ac-*

commodent Artificio, apte à Sapien-  
 ribus considerantur, Maxima, perplu-  
 raque ( absolutissima Anagogia ) illos  
 edocent Myſteria. Sed dimiſſis, hoc  
 modo, Literarum iſtis, & Lingua  
 Philoſophis; MATHEMATICOS  
 meos, Raritatis iſtius noſtri Muneris,  
 adducam ſinceriſſimos Teſtes. A-  
 RITHMETICVS, ( non dico, LO-  
 GISTA ) an non mirabitur, Numeros  
 ſuos, quos à rebus Corporatis Abſtra-  
 ctos, & ſenſibilibus omnibus liberos;  
 in Dianæas recondebat reſſibus; ibi-  
 que, Mentis variis tractabat Actio-  
 nibus: Eoſdem, hic, in noſtro Opere,  
 tamquam Concretos & Corporeos o-  
 ſtendi, fierique: & eorundem Animas,  
 Formalesq; vitas, ab eis, in noſtros ſecer-  
 ni uſus? An nō maxime mirabitur, Tā-  
 tum videre MONADIS Fætum: cui  
 nec ulla Monas Alia, vel Numerus

1.

2.

3.

additione accedit : Nec extrinsece ad  
 ipsam Multiplicandam adhiberi potest?  
 An nõ admiratione afficietur maxima;  
 in Rei & Censur Subtilissima Generali-  
 que Regula: VNIVS REI, tanquã  
 Chaos, propositæ, (ad omne dissoluendũ  
 Arithmetiçũ Dubium, habilis) CEN-  
 SUR M ipsum, & valorẽ, siue Æstima-  
 tionem (Potentia in ipsa RE Latẽtis)  
 Hic Primo semper Examine, DENA-  
 RIO explicari Numero? Accuratis  
 Diuisionis & Æquationis operibus (vel  
 ut illa Ars præscribit) mediantibus pri-  
 us? GEOMETRA (mi Rex) sibi de Ar-  
 tis suæ vix satis plene constare Principiis  
 (quod valde mirum est) incipiet hesita-  
 re: cum, hic, in Secreto, murmurari, In-  
 nuique intelliget: QUADRATO, CIR-  
 CVLARE, omnino Æquale, huius MON-  
 NADIS Hieroglyphicæ Mysterio da-  
 ri. Archimedisque dictos SVDORES,  
 hic, excellentissimo cõpensari posse Fru-

*Et*: licet tentatum haud fuerit ipse affectus Problema. In Magnis Voluisse Sat est. *MUSICVS*, quo stupore Ille possit iure affici meritissimo: cum sine Motu & Sono, Inexplicabiles, Caelestesque hic Intelliget *HARMONIAS*? Et *ASTRONOMVS*, an non perpepsi sub Dio Algoris, vigiliarum & laborum pœnitebit se maxime, Cum, hic, sine Aeris vlla perferenda Iniuria: Sub tecto, Clausis undique fenestris Ostiisque, ad quodcunque datum Tempus, Caestium Corporum Periphoras, oculis exactissime queat obseruare? Et hoc quidem, sine Mechanicis vllis, ex Ligno vel Orichalco confectis Instrumentis? Et *PERSPECTIVVS*, sui ingenii Stupiditatem condemnabit: Qui, ut iuxta Parabolice Coni Sectionis Lineam (apte in gyrum circumactam) Speculum efficeret, modis laborarit omnibus: quo propositam quamcumque (igni obnoxiam)

*Materiam, incredibili ex Radiis Solaribus vexaret Calore: Cum, hic, ex Tetrahedri Sectione Trigonica, Linea exhibeatur; ex cuius Forma Circulata, fieri potest Speculum; Quod, (vel Nubibus Soli subductis) quoscunq; Lapidem, Vel Metallum quodcumq; in Impalpabiles quasi, vi Caloris (verissime maxima) redigere potest Pulveres. Et, qui*

7. **PONDERVM** subtili Speculationi toto vitæ Tempore insudarit: Quam bene, suos ille collocatos esse Labores, sumptusque iudicabit: Cum, hic, Elementum Terræ supra Aquam natare posse, certissima experientia, **MONADIS** nostræ

8. docebit Magisterium? Haud secus, Qui **Rationes PLENI & VACVI** (argumentum usque ab ipsis Philosophiæ Incunabulis controuersum) diligentissime ventilarunt: Videruntque, ea Lege, & Naturæ (quasi Indissolubili) vinculo, (à Deo Optimo *Max.*) coordinatas,

connexas, & Copulatas Elementorum  
 proximorum esse Superficies: Vt in Igne,  
 Aere & Aqua, sursum deorsum, Hor-  
 sum Illorsum, (ex eorum animi sententia)  
 ducendis impellendis ve; hominibus Mi-  
 randa confidentissime ostendere possint  
 (Variis & illi quidem Inuentis Reip.  
 sunt utiles: Vt Hydraulicorum totum  
 Artificium monstrat, & reliqua He-  
 ronis Thaumopœtica; ut nunc placet  
 illa nominare.) At, quod Terra Ele- “  
 mentum, Sursum, in Ignem, per Aquã, “  
 ulla Machina exantlare possit: Nul- “  
 lus ex illa Professione, sibi vendicabit. “  
 Nostræ tamen MONADIS Theoriæ,  
 fieri id posse, demonstrant. O Sapien-  
 tissime Rex, Ista in Mentis vestræ, Me-  
 moriaq; reponatis Thesauris Secretissi-  
 mis. Ad CABALISTAM iam venio He- 9.  
 braë: Qui, ubi suam (sic dictã) Geome-  
 triã, Notariacon, & Tzyrugh (Artis  
 suæ tres quasi præcipuas Claves) extra

*Sanctæ, Nuncupatæ Linguae exerceri  
 fines videbit: Immo undiquaque (ex ob-  
 uis quibusque, visibilibus & Inuisibili-  
 bus) huius, ( à Deo) Receptæ Traditio-  
 nis Mysticæ Notas, Characteresq; cor-  
 rogari; Vel, hanc quoque Artem, tum,  
 vocabit SANCTAM: ( veritate coa-  
 ctus; si Intelligat ) Vel, non Iudæorum,  
 tantum; Sed omnium Gentium, Natio-  
 num & Linguarum, sine προσωπελυσία,  
 Eundem esse DEVM Benevolentissi-  
 mum fatebitur: Nullumque Mortalem  
 se Excusare posse, de Sanctæ huius no-  
 stræ Linguae Imperitia. Quam, in nostris  
 ad Parisienses Aphorismis, REALEM  
 nominavi CABALAM, siue Τῆ ὄρτες:  
 Ut illam vulgarem alteram; Cabalisti-  
 cam nomino GRAMMATICAM  
 siue Τῆ λεγομένης; quæ notissimis Literis,  
 ab Homine Scriptibilibus, insistit. Hæc  
 autem, quæ Creationis nobis est Nata  
 Lege, ( ut Paulus innuit ) REALIS*



C A B A L A G R A M M A T I C A quo-  
 que quædam Diuinior est: cum Arti-  
 um ista sit Inuentrix Nouarum, & Ab-  
 strusissimarum fidelissima Explicatrix:  
 Vt hoc nostro alij tentare Exemplo, de  
 cetero, possint. Non exhorresces, bene  
 scio, (O R E X) Licet iam, in vestra Re-  
 gia Præsentia, M A G I C A M hanc pro-  
 ponere audeam Parabolam. Terreste  
 quoddam Corpus, M O N A S hanc nostra  
 Hieroglyphica, in Centro Centri, La-  
 tens, possidet: Quod, Quasi A C T V -  
 A N D V M diuina Potentia, sine Ver-  
 bis, ipsa docet: Cui iam A C T V A T O,  
 Lunaris & Solaris est (Matrimonio per-  
 petuo) C O P V L A N D A, Influentia  
 Gonetica: Licet, ante, in Cælo vel alibi,  
 fuere ab E O D E M Corpore S E P A -  
 R A T I S S I M Æ. Hac (Dei Nutu) fa-  
 cta Gamaæa, (Quam, Parisiensibus,  
 sum Τῆς γαμῆς γαῖαν interpretatus: id est,  
 Matrimonii Terram: siue Influentialis

Coniugii, Terreſtre Signum) Super ſua  
 Natiuam Terrã, Eadem, ulterius Nu-  
 triri non poteſt, vel Irrigari, quam ad  
 QVARTAM magnam vereq; Me-  
 taphyſicam Revolutionem Completam.  
 Quo finito Progreſſu: Qui aluit, in ME-  
 TAMORPHOSIN, Primus Ipſe a-  
 bibit: Rariſſimeque, poſt, Mortalium  
 conſpicietur oculis. Hac, O Rex Opti-  
 me, Vera eſt, toties decantata (& ſine  
 Scelere) MAGORVM INVISIBILI-  
 TAS: Quæ (ut Poſteri omnes fatebun-  
 tur & Magi) noſtræ eſt MONADIS  
 11. conceſſa Theoriis. Expertiſſimus ME-  
 DICVS, etiam ex iisdem, facillime Hip-  
 pocratis Myſticam aſſequetur volunta-  
 tem. Sciet enim, QVID, CVI, AD-  
 DENDVM ET AVFERENDVM  
 ſit: ut, ipſam Artem ſub maximo MO-  
 NADIS noſtræ Compendio, & ME-  
 DICINAM ipſam contineri, Lubens  
 deinde fateri Velit. BERYLLISTI-

Lib. De  
 Flatib.

CVS,

CVS, hîc, in Lamina CrySTALLINA omnia 12.  
 quæ sub Cælo LVNÆ, in Terra vel A-  
 quis versantur, exactissimè videre po-  
 test: & in Carbunculo siue ⲁⲓⲛ Lapi-  
 de, Aëream omnem & Igneam Regio-  
 nem explorabit. Et, si VOARCHA-  
 DV MICO, nostræ Hieroglyphicæ MO- 13.  
 NADIS, Theoria vigesima prima, satis-  
 faciat; Ipsique, VOARH BETH ADV-  
 MOTH, Speculandum ministret: Ad  
 Indos vel Americanos, non illi esse Philoso-  
 phandi gratia, peregrinandū, fatebitur.

Deniq; de ADEPTIVO genere  
 (quicquid vel ARIOTON Ars sub- 14.  
 ministrare, vel polliceri possit; vel vigin-  
 ti Annorum maximi Hermetis labores  
 sunt assecuti) licet ad Parisienses, sua  
 MONADE peculiari (Anagogica Apo-  
 dixi illustratū) aliàs scripserimus: Vestra  
 tamē Maiestati Regiæ constāter asserim⁹,  
 ID OMNE, Analogico nostræ MONA-  
 DIS Hieroglyphicæ Opere, ita ad vivū

Anno  
 1562.

exprimi; ut Similius aliud Exemplum, humano generi nõ posset proponi. Quod, in seipsum, dupliciter, traducere debet: Ipsum, Scilicet, Dignificatum Glutire Opus: & Operis fmitari Dignificationem.

Nunc Satis à me; (Imo vereor si hæc hominum audiret Vulgus, ne plus satis;) de Raritate nostri huiusce Muneris Theoretici, esse dictum (Triplicis Inclyte Diadematis honore) Concedas Rex O Maximiliane: Eisdemque limitibus, eiusdẽ definiri Bonitatem. Satis ergo sit, (Regnum omnium Decus singulare) hoc nostrum Munus, Dum, tam esse Rarũ demonstrauerimus diligentius, Neminem tamen (licet Inuidiæ Lingua Petulantia Maledicentissimum quidem) Auem esse Æsopicam musitare posse. Tãtum profecto abesse, ut iuste, illius Indignitatem ferat Calumniæ; Modestissimi omnes Sapientissimique fatebuntur

*Philosophi: quod non dedignabuntur  
Illi quidem, una mecum, Laudes & Ho-  
norem illi Phœnici accingere, ex cuius  
Solius Misericordiæ Alis, Rarissimas  
istas omnes cum Timore & Amore ex-  
traxerimus Theoreticas Plumas: contra  
nostram per Adamum introductam Nu-  
ditatem: Ut eisdem, Ignorantiæ asperri-  
mis quibusdam frigoribus, multo resiste-  
remus alacriores: & Errorum Turpitu-  
dinem, à Philosophantium tegeremus o-  
culis; Honestæ VERITATIS studi-  
osissimi. Et quamvis Autoritate aliqua  
humana, nullo modo, hic sumus freti; Si-  
cubi tamē, Antiquissimi alicuius Phi-  
losophi, opportune poterat nostro illustra-  
ri Lumine, aliquot notabile dictum vel  
Scriptum; ibi, illud amice nostris exhibe-  
re Posteris, non recusauimus. Veluti in  
Hermetis, Ostanis, Pythagoræ, Demo-  
criti, & Anaxagoræ quibusdam My-  
steriis: in quæ, ex nostris Hieroglyphi-*

cis descendimus Demonstrationibus, non  
 tanquam ab illis, fidem emendicantes in  
 istis. Et istam tantam Raritatem, ita,  
 ubiq; coniuncta Comitatur Bonitas: ut  
 Nihil, vel aperte vel tectè, in hoc libello  
 à nobis esse positum, PROTESTEMUR,  
 quod non Idem Honestum, sincerum, Di-  
 gnitati Humanæ aptum sit: Pietatis per-  
 fectissimæ, Religionisq; veræ studio Vti-  
 lissimum. Et ut OPΘOTOMEIN certe,  
 in tam arduis Mysteriis non potest, nisi  
 Ille, Quî, eorum perspectissimam habet  
 omnem Amplitudinem: Sic Nemo citi-  
 us Infantiam suam, Malitiam, vel Ar-  
 rogantiam proderet, quã Ille, Qui, quic-  
 quam eorum quæ hîc Vestra Sapientia  
 Commendauimus, vel tanquam Impium  
 Condemnare, vel tanquam friuolum Re-  
 iicere auderet. Cuius rei, cum nullum,  
 vel Iudicio Acutior; vel Vsu Exper-  
 tior; vel Auctoritate Potentior;  
 vel Sinceritate Fidelior; adducere

quis

quis possit Testem, quàm Summus Ille  
Regum Rex Omnipotens, Regem fece-  
rit *MAXIMILIANVM*: Erit ergo  
mibi *Vestra Augusta Maiestas* instar  
aliorum Omnium: Cui, hæc nostra, Pro-  
bata esse, haberi que *Rata*; non solum,  
*Triobolarium* multorum obturabit ora  
*Grammaticastrorum*: Sed etiam multo-  
rum *Philosophantium* eriget animos: vel  
humi, iam, propter tantorum *Mysterio-  
rum* proclamatam *Incertitudinem*, Ia-  
centes. Vel propter *Rerum Raritatem*,  
*Imperatorum Superba* timentes *Iudi-  
cia*. Qui *Bona cum Malis* (temere,  
promiscueque, ex nominis sola *Similitu-  
dine*,) condemnare solent *Studia*. (Cum  
maxime deplorando (interdum) *Opti-  
morum librorum* interitu. Quorum v-  
trumque, *Reipublica Christiana*, plu-  
rimum, variis temporibus, attulisse  
detrimenti, clarissime constare po-  
test. *Apto* nimirum ad tam

magna tractanda Capessendaq; Inge-  
 nio, vel priori ratione perterrefactio: vel  
 iam, quidem, cum Progressus haud me-  
 diocres fecerit, Rustice eiusdem & Su-  
 perbe, ab Imperitis Iudicibus, uniuerso  
 tam nobili tamque diuino *Mysteriorū*  
 condemnato studio. At alterius est loci,  
 singulis Scientiis Honestis, suas compa-  
 rare amulas: falsas illas quidem, *Vmbra-*  
*tiles, Odiosas, Molestas, Hominumque*  
*Societati Inutiles. Quas Solas, & ea ra-*  
*tione qua vulgares captant homines &*  
*exercent: non Vulgari solum sed sapien-*  
*tissimi cuiusq; Iudicio explodendas, con-*  
*demnandasque, & fatemur; & ita di-*  
*ligentissime fieri, nos quoque, suademus.*  
 Sed, Qui, *CORPORA* illa, vel *Esse*  
 nesciant, vel *Vbi, vel Qualia* sint; Quo-  
 rum ista tenuissima sunt *Vmbra* Quo-  
 modo, Illi, *Hominum non Vulgarium,*  
*non Vulgaria* condemnare *Studia,* vel  
 audent, vel saltem *Iure* possunt? *FIAT*



*IUSTITIA. Vnicuiq; Quod Suum est, sic, tribuatur, in istis Vulgaribus Sciolis, Artium Magnarum Umbras non sectantibus solum, sed easdem etiam sceleratissime emementibus adulterantibusque: Nugas, Errorum, omnemque adscribamus Impietatem: At in Bonis Solidisq; studiis Proiectiorib. & honestis moribus tum confirmatis, tum sua integritate Clarissimis: Vel, Vim (ob leuem Vulgi Calumniam) inferre: Vel eorum in Odium vocare nomen, studiaque: vel in discrimen, Vitam: non solum inhumanum id mihi (O R E X) Sed Iniustum & quasi Impium videtur. Nam, ut Corporum quorumcunque, omnes ubicumque Umbra, COMMUNES cum ipsis Corporib. TERMINOS habent: (Quod Mathematicis est notissimum) Eodem modo, & hic, Phrases Loquendi, scribendique: Umbris, Verisq; ipsis corporibus, Communes esse, Per-*

Luc. c.  
8.

mittunt SOPHI. Vbi, Imperiti, Teme-  
rarii, & præsumptuosi Simia, V M-  
BRAS Captant solas, nudas, & Inanes:  
Dum Ipsi Sapientiores Philosophi, COR-  
PORVM Solida fruuntur Doctrina &  
fructu gratissimo. Sicq; vere, Illud, usu  
venire videmus: Vt Illis, Id quod ha-  
bere se putabant, (umbratile,) tanquam  
non Solidum & Sincerum, ex manibus  
eripiatur, iustissime: & Corpora tra-  
ctantibus, Vmbrarum omnis sit conces-  
sa honesta legitimaq; Comprehensio &  
Cognitio. ΟΡΘΟΤΟΜΕΙΝ igitur oportet,  
(O Rex,) inter V MBRAM &  
CORPVS: & utriusq; distinguere fines,  
vires, & usus, IVSTITIÆ Ille est Gla-  
dius, Regius, Imperatoriusq; cuius, ut a-  
lia multa, ita, & hoc, est præstare Diui-  
num Munus. Et Arte profecto qua-  
dam, interdum, Ipsi Sophi, V MBRAT-  
TILES figuras, intra ipsorum Corpo-  
rum Sinuosos anfractus libenter admit-

tunt:

tunt: ne *Asinis in Hesperidum Hortos, ruditer irruentibus, electissima præbeantur Lactucæ, cum illis sufficiant Cardui.* Ignosces mihi O Rex, *Mundum, de Iniustitia (ex Christi Auctoritate) arguenti.* Neque hæc, ullo modo, hoc loco, hiis Temporibus, *Tua præsertim commemorata Sapientia, Paræra censerè volo: immo ne Superflua quidem.* Atque hæc hæctenus. Hunc ergo meum *MONADIS HIEROGLYPHICÆ Fætum (Conceptione quidem Londinensem, Natiuitate vero Antwerpiensem) Vestra Serenissimæ Maiestati, humillimè Offero: Obnixè à vobis contendens: ut eiusdem non De-dignemini, nunc quidem, fieri Compa-ter: post verò, cùm erit & ætate gran-dior, & fide sua Comédabilior, in vestra semper vobis ut seruire possit præsentia.* Pro vestro, deinceps Ego eundem haberi

volo, O Clementissime REX: Qui, ut  
 mihi visus es toto partus Tempore Blä-  
 disimo Aspectu, ante oculos versari me-  
 os: ita, ea ratione, facilem mihi expedi-  
 tumque huius in Lucem editionis, Labo-  
 rem fecisti. Nam quem Annos prius  
 continuos<sup>a</sup> Septem, Mente gestavi mea,  
 eundē, incredibili vestra ad tantū inter-  
 uallū, Virtute Magnetica, duodecim so-  
 lū Dierū spacio, in hanc cōmunem Aurā  
 placidissime sum Enixus. Quod, Felix,  
 Faustumque esse, tum vestra Augusta  
 Celsitudini, tum ardentissimis meis sin-  
 cerissima veritatis studiis, Concedat Il-  
 la Sacrosancta TRINITAS, Quae in MO-  
 NADIS Ineffabilis, Omnipotentia,  
 ante omnia Secula, fundata, viuit re-  
 gnatque Sempiterna: Cui Soli, omnis  
 Laus, Honor, Virtus & Gloria, ab o-  
 mni semper exhibeatur, decanteturque  
 Creatura. AMEN.

a Vrap  
 paretin  
 Apho-  
 rismis  
 nostris  
 Propæ-  
 deu-  
 maticis,  
 im-  
 pressis  
 Londi-  
 ni, An.  
 1558. ex  
 Aph.  
 52.

Antwerpiae, Anno 1564. Ianuarii, 29.



TYPOGRAPHO

GVLIELMO SILVIO

AMICO SVO SINGVLARI,

Ioannes Dee Londinensis

S. D. P.

**V**IDES Amice mi, Optime  
 Gulielme, Quam unice  
 charas, Preclarissimas habeam,  
 Illustrissimi Regis MAXIMI-  
 LIANI Virtutes: Cui ex Cordis  
 mei Scriniis, Rara, excellentissi-  
 maque communico Arcana: Ea-  
 que ratione, illi communicanda  
 Curavi, ut etiã Plures per Ter-  
 rarum orbem (tum in eius Hono-  
 rem, propter eximias suas, Regi-  
 asque virtutes: tum ut Alii ex il-  
 lo Sibi exemplum capiant: qui &

C

Regis Sapientissime vacare Regnorū Gubernaculis: & Philosophorum tamen, Sophorumque Stupenda cumulate addiscere Mystera potest) Plures, inquam, eisdem frui; Vestra Diligentia, & Fide queant. Duo igitur sunt, quæ mihi es orandus maxime: Unum, Ut ubique accuratam meam, in Literarum Varietate, Punctis, Lineis, Diagrammatibus, Schematibus, Numeris, aliisque, Imiteris, (quantum possis) Diligentiam: Ne, Idem Ipsum, quod Ego (DEI NVTV) peperit ex omni parte bene Formatum Corpus; Typographia Negligentia, vel Mutilum, vel Deforme prodeat in Lucem: indignum siquidem, Rege tanto, Indignum

vere

vere Philosophantium Studiis,  
& laboribus, quos in eo penitissi-  
me, sapissimeque examinando,  
collocare volunt, Maximis. Ca-  
uere tamen satis, de isto, mihi Vi-  
deor, Infortunio, dum te elegi,  
Istius nouiter Nati Operis Pa-  
rentem Typographicum: qui o-  
mnibus modis, nitidum, suisque  
Bene Compositum Membris, tua  
Curatura, emittere potes.

SECUNDVM, quod a te præ-  
stari Optarem, haud est leue, id  
quidem: Nimirum, Promiscuo  
ut hominum generi, hosce, nullo  
modo, in manus des Libellos. Non  
quod illis ego hæc quidem, vel me-  
liora, inuideam: Sed hoc inde ori-  
turum mali Suspiciās: Non solum,  
quod ex isto Labyrintho, Se, Mi-

seri, nunquam extricare possunt: (Ingenium interea, Incredibilibus Argentes modis pessimeque suis prospicientes Rei familiaris negociis) sed etiam, quod, Aliis quoque, (illis inuium) vel, ingredi suadebunt Iter: vel de eiusdē, velut illis explorata, Certitudine, Sceleratissime ementientur; Impostores, Hominumque Laruæ: Vel Denique, talia DEI MAGNALIA, Esse, Negare; Aut meam, rabidissime accusare Sinceritatem audebunt: nunc tandem Desperabundi; Ut, primo, hæc Mysteria, cum maxima Presumptione aggressi sunt Temerarii. At in hoc tanti Momenti negotio, Si te bene a multis iam annis noui (vel propter amicitiam nostram:

vel



*vel Reip. Christianae Utilitatem;  
vel saltem propter Ipsius Sapien-  
tissimi MAXIMILIANI He-  
roicas Virtutes, quæ nihil Cõmu-  
ne cum Hominum Vulgari ha-  
bent Sorte) Cauebis, Spero, ne Fi-  
dem tuam frustra requisuisse Vi-  
dear. Cauebis tu quidem: &  
per te, Honestissimi omnes  
Librorum Mercato-  
res. Valeas.*

Ex Museo nostro Antwerpiensi:  
Anno 1564. Ianuarii 30.



MONAS HIEROGLYPHI-  
CA IOANNIS DEE, LON-  
DINENSIS,

*Mathematicè, Magicè, Cabalisticè,  
Anagogiceque, explicata:*

AD

SAPIENTISSIMUM  
ROMANORVM, BOHEMIÆ, ET  
HUNGARIÆ  
REGEM,  
MAXIMILIANVM.


THEOREMA I.

**R**ER Lineam rectam, Circu-  
lumque, Prima, Simplicissi-  
maque fuit Rerum, tum, non  
existentium, tum in Naturæ laten-  
tium Inuolucris, in Lucem Produ-  
ctio, representatioque.

THEO-

## THEOREMA II.

**A**T nec sine recta, Circulus; nec sine Puncto, Recta artificiose fieri potest. Puncti proinde, Monadisq; ratione, Res, & esse cœperunt primo: Et quę peripheria sunt affectę, quantacumque fuerint) Centralis Puncti nullo modo carere possunt Ministerio.



## THEOREMA III.

**M**ONADIS, Igitur, HIEROGLYPHICÆ Conspiciuū Centrale Punctum, TERRAM refert; circa quam, tum SOL tum LVNA, reliquique Planetæ suos conficiunt Cursus. Et in hoc munere, quia dignitatem SOL obtinet summam, ipsum, (per excellentiam,) Circulo notamus Integro, Centroque Visibili.



MONAS  
HIERO-  
GLYPHI-  
CA.

*THEOREMA III.*


**L**Unæ Hemicyclium, licet hîc, Solari sit Circulo quasi Superius Priusque: Tamen SOLEM tamquã Dominum, Regemque suum obseruat: eiusdem Forma ac vicinitate adeo gaudere videtur, vt & illum in Semidiametri æmuletur Magnitudine, (Vulgaribus apparente hominibus,) & ad eundem, semper suum conuertat Lumen: SOLARIBVS Q. ita tandem imbui Radiis appetat, vt in eundem quasi transformata, toto dispareat Cælo: donec aliquot post Diebus, omnino hac qua depinximus, appareat Corniculata figura.

*THEOREMA V.*

**ET** Lunari certe Semicirculo ad Solare complemētum perducto: Factum est Vespere & Mane Dies vnus. Sit ergo Primus, quo LVX est facta: Philosophorum.

## THEOREMA VI.

SOLEM, LUNAMQUE, Rectilineæ Cruci, inniti, hîc videmus. Quæ, tum TERNARIUM, tum QUATERNARIUM, apposite factis, ratione significare Hieroglyphica potest. TERNARIUM quidem: ex duabus Rectis, & Communi vtrisque, quasi Copulatio



Puncto. QUATERNARIUM vero: ex 4. Rectis, includentibus 4. Angulos rectos. Singulis, bis, (ad hoc) repetitis; (Sicque, ibidem, secretissime, etiam OCTONARIUS, se offert; quem, dubito an nostri Predecessores, Magi, unquam conspexerint: Notabisq. maxime.) Primorum Patrum, & Sophorum TERNARIUS, Magicus, CORPORE SPIRITV, & ANIMA, constabat. Vnde, Manifestum hîc Primarium habemus SEPTENARIUM. Ex dua-

bus nimirum Rectis, ET Communi  
Puncto: Deinde ex 4. Rectis, A B  
Vno Puncto, sese, Separantibus.

*T H E O R. VII.*

**E**Lementis, extra suas Sedes natu-  
rales, dimotis: Suos ad easdem  
reditus, naturaliter, per Rectas face-  
re lineas, Dislocatæ eorundem ho-  
mogeneæ Partes, experientem do-  
cebunt: Absurdum igitur non erit,  
per 4. rectas, ab vnico Puncto, Indi-  
uiduoque in Contrarias excurrentes  
partes, **Q V A T V O R E L E M E N T O -**  
**R V M,** (in quæ Elementata, singula,  
tandem resolui possunt) innuere  
Mysterium. Hoc etiam notabis dili-  
genter; Geometras docere, **L I N E A M**  
**E X P V N C T I F L V X V,** produci:  
Nos hîc simili ratione, fieri mone-  
mus: Dum Elementares nostræ Li-  
neæ, ex **S T I L L Æ,** (tamquam Pun

cti, Physici) continuo Casu, (quasi FLVXV) in Mechanica nostra producantur Magia.


*THEOR. VIII.*

**Q**VATERNARII, præterea Expansio Cabalistica, secundum vsitatę Numerationis Phrasin, (dum dicimus, Vnum, duo, tria, quatuor) DENARIUM, summatim exhibet. Ut & ipse Pythagoras dicere solebat: Nam 1. 2. 3. & 4. decem conficiunt. Non temere ergo, CRVX Rectilinea, (id est, Vigesima & Prima Romani Alphabeti litera) ex 4. fieri rectis iudicata, ad DENARIUM significandum, ab Antiquissimis Latinis Philosophis est assumpta. Locus etiam illi est ibidem definitus, Vbi TERNARIUS, vim suam per SEPTENARIUM ducens, illum statuit.

## THEOR. IX.


**H**Oc autem nostræ MONADIS, SOLI, LVNÆQVE, optime conuenire videbitur: cum eorundē per 4. Elementorum Magiam, Exactissima in suas Lineas fuerit facta SEPARATIO: Deindeque, per eorundem Linearum Periphoras (Ad omnis enim datæ lineæ Magnitudinem, licet Circulum describere: per Geometriæ leges) Circularis, in Cōplemento SOLARI, fuerit facta CONIUNCTIO. Tunc enim latere non potest, quantum nostræ MONADIS, SOLI, LVNÆQVE, Crucis DENARIA inseruiat Proportio.

## THEOR. X.

**D**Odecatemorii Arietis, omnibus est notissima, quæ est in Astronomorum vsu (quasi Acioædes, Acuminataq; (figura  ista: Vt &



ab hoc cæli loco, Triplicitatis Igneę, notari Exordium cõstat. At ignis ergo ministerium (in huius Praxi MONADIS) requiri significandum, Arietis adiecimus Astronomicam notã. Sicque breuiter, nostræ MONADIS, vnã absolui-  
 mus Cõsiderationem Hieroglyphicam: quã sic volumus, v-  
 nico Contextu Hieroglyphico proferri.



LVNA.

SOL.

ELEMENTA.

IGNIS.

MONADIS ISTIVS, LVNA ET SOL, SVA SEPARARI VOLVNT ELEMENTA, IN QVIBVS DENARIA VIGEBIT PROPORATIO; IDQVE IGNIS FIERI MINISTERIO.

*THEOR. XI.*

**A**Rietis Nota Mystica, ex duobus Semicirculis, in cõmuni Puncto connexis, constituta Æquinoctialis Nycthemera loco aptissime assigna-

tur. Viginti enim & quatuor Horarum Tempus, Æquinoctii modo distributum, Secretissimas nostras denotat Proportiones. Nostras dico, respectu Terræ.

*T H E O R. XII.*

**A**Ntiquissimi Sapiētes Magi, quinque Planetarum, nobis tradidēre Notas Hieroglyphicas: Compositas quidem omnes, ex *L V N Æ* vel *S O L I S* Characteribus: cum Elementorum aut Arietis Hieroglyphico Signo. Veluti istas, quas hīc videtis figura-

		Saturnus.			Mars.
		Iupiter.			Venus.
		Mercurius.			Mercurius.

tas. Quas singulas modo Hieroglyphico, ex nostris prius iactis Fundamentis, nō erit explicare difficile. At primū, de iis quæ Lunæ habent Characterem,

raacterem, nos nunc Paraphraſtice a-  
 gemus: de Solaribus deinde. LVNARIS  
 noſtra Natura, dum per Elemento-  
 rum ſcientiam, circa noſtram ſemel  
 reuoluta Terram, SATVRNVS myſti-  
 ce dicebatur. Et eadẽ de cauſa, IOVIS  
 quoq; habebat nomen: iſtamq; reti-  
 nebat figurã ſecretiorẽ. Et Lunã, ter-  
 tia elementatã vice, obſcurius ſic no-  
 tabant. ☾ Quem, MERCVRIVM  
 vocare ☿ ſolent. Qui, quam ſit  
 LVNARIS, videtis. Iſtum, QVARTA  
 Reuolutione produci, licet Quidam  
 velint Sophi: noſtro Secretario propo-  
 ſito tamen, non erit id contrarium;  
 Modo Spiritus Puriffimus Magicus,  
 loco Lune, *τῆς λευκίνσεως* adminiſtrabit  
 Opus; & ſua virtute Spirituali, nobiſ-  
 cum SOLVS, per Mediam quaſi Na-  
 turalem diem ſine verbis, Hierogly-  
 phice loquatur; in Puriffimam Sim-  
 pliciffimamq;, a nobis præparatam

Terram, Geogamicas, istas 4. introducens, IMPRIMENS QVE figuras; vel illarum loco, illam alteram.



*THEOR. XIII.*

**M**ARTIS ergo Character Mysticus, an non ex SOLIS & ARIETIS, Hieroglyphicis, est conflatus? elementalī (partim) interueniente Magisterio? Et VENERIS, quæso, an non ex SOLIS, & Elementorum Pleniore Explicatione? Isti ergo Planetæ, SOLAREM respiciunt περιφορὰν, Opusque Ἀναζωπυρήσεως: In cuius progressu fit tandē Conspicuis Mercurius ille alter: Prioris quidem Vterinus Frater. Lunari scilicet Solariq; Elementorum Cōpleta Magia, vt expressissime nobis ipse Hieroglyphicus loquitur Nunci-

cus,

cius, modo in illum oculos defigere, auremque illi præbere attentiorẽ velimus. Et, (NVTV DEI,) iste est Philosophorum MERCVRIVS, illẽ Celeberrimus MICROCOSMVS & ADAM. At Solebãt tamẽ Expertissimi Nonnulli, huius loco graduque SOLEM ipsum ponere. Quod nos hac nostra ætate non possumus præstare: nisi ANIMAM aliquam a CORPORE, arte Pyronomica Separatam, huic Operi *Χρυσοκοραλλίνω* præficeremus. Quod & factu est difficile: & propter Igneos, Sulphureosque quos secum adfert halitus, periculosissimum. Sed illa, certe, ANIMA, mira præstare poterit. Nimirum, tum ad LVNÆ, Discum, (Vel MERCVRII, saltem) LVCIFERVM; Immo & PYROENTA, Indissolubilibus Ligare vinculis. Tum Tertio (vt volunt) loco, (ad SEPTENARIVM nostrum Com-

TOTIVS  
ASTRO-  
NOMIAE  
INFE-  
RIORIS,  
ANATO-  
MIA MO-  
NADICA,  
PRINCI-  
PALIS.

		4 ☾ †		
		3 ☾		
6 ♀	2 ♂	☿ ☽ ♁	1 ♂	5 ♀
		0 ☉		
		7 ☉ ♁		

plendum Nu-  
merum) SO-  
LEM nobis  
istum exhibe-  
re PHILOSO-  
PHORVM.  
Istorum duo-  
rum Theore-

matum ARCANIS, significandis;  
Videte quam exacte, quam aperte,  
nostræ MONADIS HIEROGLY-  
PHICÆ, respondeat ANATOMIA  
ista.

*THEOREMA XIII.*

EX SOLE & LVNA, totum hoc  
pendere Magisterium iam clare  
confirmatum est. Huius, etiam Ter-  
maximus ille Hermes, nos olim ad-  
monuit: Eius Patrem SOLEM, esse,  
asserens: LVNAM autem, Matrem:  
Nutriri vero Scimus in TERRA LE-  
MNIA. Radiis nimirum LVNARI-

BVS & SOLARIBVS, Singularem  
circa Eandem, exercentibus INFLU-  
ENTIAM.

*THEOR. XV.*

SOLIS proinde LUNÆQUE cir-  
ca Terram Labores, Philosophis  
proponimus Considerandos. Huius  
quidem, quo modo, dum in Ariete  
versatur SOLARE Iubar: Ipsa tunc in  
Proximo (scilicet Tauri) Signo, Lucis  
nouam recipiat Dignitatem: EX-  
ALTETVRQUE Supra innatas sibi  
vires. Quam (præ aliis notabilem ma-  
gis) LUMINARIUM, Vicinitatem,  
Charactere quodam mystico expli-  
cabant veteres: TAURI, insignito  
Nomine. Quam, quidem, LUNÆ esse  
EXALTATIONEM, vsque ab ipsa  
prima Hominum ætate (inter Astro-  
nomorum Placita, ) memoriæ esse  
proditum, notissimum est. At intel-

ligunt Myſterium Illi ſoli, qui abſoluti euafere Myſteriorum Antiftites. Vt & ſimili ratione, VENERIS eſſe DOMVM, dixere TAVRVM: Caſti nimirum Prolificique CONIVGALIS AMORIS: Sic enim ἡ φύσις, τῆς φύσεως τέτρατος: Vt Magnus ille OSTANES in Secretiſſimis ſuis Recondidit Myſteriis.

2. SOLIS vero, qua ratione, Ipſe poſt Aliquas ſui Luminis, admiſſas Eclipſes; MARTIVM Robur accipit: & in eiufdem quoque DOMO (Noſtro ſcilicet Ariete) veluti in ſua Triumphare dicitur EXALTATIONE. Quæ ſecretiſſima Myſteria, noſtra etiam MONAS clariffime, perfectiſſimeque demonſtrat: TAVRI quidẽ iſta que hĩc eſt depicta Hieroglyphica figura: & illa MARTIS:

Taurus.



LVNAE EXALTATIO.

Aries.



ELEMENTA.



SOLIS EXALTATIO.

quam



quam 12. & 13. Theoremate adduximus: quæ SOLEM Rectam in ARIETEM tendentem, indicat. Ex præfenti autē Theoria, Alia nostræ MONADIS sese offert Anatomia Cabalistica: cuius ista est vera Artificiofaq; explicatio. LUNÆ, SOLISQUE EXALTATIONES, MEDIANTE ELEMENTORVM SCIENTIA.


ANNOTATIO.

*Duo hic maximopere notanda esse Censeo: unum, quod Tauri Hieroglyphica ista figura, nobis Græcorum Diphthogum α, exacte representet, Primæ Declinationis, Gignitiuam semper singularem Terminationem. Secundo, ex apta Metathesi Locali, dupliciter nobis ALPHA commonstrat: Circulo & Semicirculo Tangentibus solum, vel se mutuo (ut hic) secantibus.*


## THEOR. XVI.

**I**Am nobis de *CRUCE*, paucis, ad nostrum propositum, est Philosophandum. *CRUX* nostra, licet ex duabus *Rectis* (vt diximus) & æqualibus illis quidem, confecta sit: non se mutuo tamen in æquales dissecant longitudines. Sed tum æquales, tum inæquales partes, in *Mystica* nostræ *Crucis* distributione, haberi voluimus. Innuentes, in *Binarum* ita sectarum potestate (eo quod æqualis sunt *Magnitudinis*) *CRUCIS* quoq; *Æquilateræ*, virtutem latere. Generalissime enim, *CRUCE*, ex æqualibus *Rectis*, fieri iussa; æquali profecto linearum *Decussatione*, eam fieri debere, *NATURÆ* quædam requirit *IUSTITIA*. Secundum cuius *Iustitiæ* Normã, de *Æquilatera* *CRUCE* (qualis est *Latini* Alphabeti litera vigesima prima) hæc quæ sequuntur,

perpen

perpendenda proponemus. CRUCIS, Rectilineæ, Rectangulæ, & Æquilateræ, Si per commune sectionis punctum, & Cōtrapositos angulos, Recta vbicunque transire concipiatur: Ex vtraque parte, sic transeuntis Rectæ, Crucis factæ partes, sunt omnino similes & æquales: Quarum figuræ, eædem sunt, cum illa Latīnorum litera, quæ Vocalium esse QUINTA, recepta est, & ad QVINARIUM denotandum apud Antiquissimos Latinorum Philosophos vītātissima erat: Idque haud absurde ab illis esse factum Censeo; cum sit Denarii nostri, Conformis Medietas. Ex illius ergo figuræ, Sic duplicatæ (ex hac Hypo-  

  
 thetica Crucis diuisione) prouenientis, ea ratione, qua QVINARIUM vtræque repræ-

sentant (licet erecta altera, Altera autem hic sit euerfa) Monemur, Radicum Quadratarum hic imitari Multiplicationem Quadratam: (quæ hic mirabiliter in NUMERVM CIRCVLAREM incidit, scilicet QVINARIVM) Vnde produci certo constat, VIGINTI & QVINQVE: (vt & ipsa littera, est vigesima: & vocalium Quinta.) Nunc vero alium situm ipsius CRVCIS æquilateræ considerabimus: istum nimirum: qui nostræ MONADICÆ CRVCIS Situi est similis: Similem autem hic fieri Crucis Diuisionem bipartitam (vt supra) supponimus. Vnde alterius literæ, Latini Alphabeti, se monstrat etiam geminata figura: erecta vna; euerfa, & auersa, altera: Quæ (ex Latinorum vetustissima cõsuetudine) ad QVINQVAGINTA



repræ-

repræsentandum, in vsu est. Istud, inde mihi primo statutum videtur: Eo quod sit & Illa quidem QVINARIÏ, Nota; ex nostro Crucis DENARIO, essentialiter desumpta: at eo situ Locatæ, quo, omnium Mysteriorum Maximi, ipsa Crux, est Consummatissima, Hieroglyphica Nota: Vnde DENARIÏ Potestatem, in sua QVINARIA Virtute COMPLECTENS, QVINQVAGENARIO NUMERO tanquam suo Partui, gratulatur. O, MI DEVS, QVANTA HÆC MYSTERIA? & Nomen illi, E L. Immo & hac ratione quoq;, ipsam Denariã Crucis virtutem respicere videtur; quod Medio Loco, inter primam Alphabeti Literam, & ipsum Crucis Denarium sit constituta: & ab alterutra, ipsa sit, ordine, Decima. Et cum in CRUCE, duas eiusmodi integrales esse partes ostendimus (Numera-

lem nunc solum earundem vim Cōsiderantes) CENTENARIUM inde excrescere apertissimum est. At si, ex Quadratorum Lege, Mutuam patiantur Multiplicationem, Bis Mille, Quingenta nobis reddent: Qui huius QVADRATVS, ad prioris Circularis Numeri Quadratum, comparatus: & eidem Applicatus, etiam CENTENARIUM, denuo restituet: vt & ipsa CRVX, secundum Sui DENARII Potentiam, se explicans, CENTVRIO esse agnosceretur: Et tamen cum sit nisi Vnicus ipse CRVCIS Character: Vnum quoq; representat: Hic ergo (præter alia notatu dignissima) ab istis CRVCIS Theoriis, Numerare, & Progredi iam sumus edocti adhuc modum: Vnum, Decem, Centum. DENARIA sic nos euehente CRVCIS Proportione.

## THEOR. XVII.

VT ex Sexto Theoremate liquere potest, in CRUCE nostra QVATOR rectos considerari, angulos: Quorum unicuique, QVINARIJ attribueret significationem, præcedens doceret Theorema: Vno quidem locatis modo: At alterum obtinentibus Situm; Idem Theorema QVINQVAGENARIJ Numeri, fieri Hieroglyphicas Notas admittit: Ita, euidētissimum est, CRUCEM DENARIVM notare vulgariter: Tum in Latini Alphabeti ordine, literam esse vigesimam primam: (Vnde est factum, quod, Sophi, Mecubales, dicti, viginti vnum, per eandem Significabant Literam:) Denique, & simplicissime considerari posse: vt Vna Nota, esse conspicitur; qualemcunq; & quantamcunque aliam habet potestatem. Ex quibus omnibus, optima Demonstratione Cabalistica cōcludi

posse videmus: C R V C E M nostram, Mystis, D V C E N T A, Q V I N Q V A G I N T A D V O, mirabili Compēdio Significare posse. Q V A T E R enim Q V I N Q V E; Q V A T E R Q V I N Q V A G I N T A; D E C E M: V I G I N T I V N V M; & V N V M: D V C E N T A Q V I N Q V A G I N T A D V O efficiunt. Quem Numerum, duabus adhuc aliis rationibus: ex præmissis vt nos elicere possumus; ita Cabalisticis Tyronibus, eundem commēdamus eruendum: breuitati sic Studentes: Eiusdem tamen Magistralis Numeri, variā productionem artificiosam, Philosophorum dignam Iudicantes Consideratione. Nec vos, aliam, hîc, Mystagogiam Celabo, Memorabilem. C R V C E M nostram in duas alias literas, se Distribui Passam, Videntes: Si, vt Numeralem earundē virtutem quodam modo perpendimus prius, ita

vicissim



vicissim nunc ILLARVM VERBA-  
 LEM VIM, CVM IPSA CRUCE, CON-  
 FEREMVS, quod inde Oriatur LVX:  
 VERBVM, Finale & Magistrale (ex  
 illa TERNARII, in Vnitate Verbi,  
 Conspiratione & consensu) cū sum-  
 ma Admiracione, Intelligemus.

*THEOR. XVIII.*

**E**X duodecimo & decimotertio  
 Theorematis nostris colligi  
 potest, Cælestem Astronomiam,  
 INFERIORIS esse quasi Parentem &  
 Magistram. Suble-  
 uatis ergo in Cælum  
 oculis Cabalisticis (ex  
 Prædictorum Myste-  
 riorum Theorica Il-  
 luminatis) talem ad  
 amussim nostrę Mo-  
 NADIS, conspiciemus



ANATOMIAM: In NATVRÆ LVMINE,  
 VITA QVÆ sese sic nobis semper o-

stendentem. Et suo pte N V T V, Secretissima huiusce Physicæ ANALY-  
 SE OS MYSTERIA, apertissime detegē-  
 tem. OVI autem figuram, isti CO-  
 ORDINATIONI adhibere: Cælestis  
 NVNCII, dum Theoricos, Cæle-  
 stesque Gestus, sumus aliquando  
 Contemplati, fuimus edocti. OVAL-  
 EM enim, Ipsum, in Æthere, suo  
 Cursu Figurare Circuitionem, A-  
 stronomis est notissimum. Et, cum  
 Dictum, Sipienti, Sat esse debeat: En  
 nostras huius Cælestis Consilii Inter-  
 pretationes (sic Hieroglyphice pro-  
 positas:) prædictis omnino Consen-  
 taneas. HINC Moniti, discāt Miser-  
 rimi Alchimiſtæ, suos agnoscere Er-  
 rores varios: Quæ sit Albuminis O-  
 VORVM A QVA: QVOD EX VITEL-  
 LIS OLEVUM. Quæ OVORVM CALX:  
 HINC, Imperitissimi illi Imposto-  
 res, cum illorum Desperatione, In-

telli-

telligent: Aliaque his similia, perplura. Hic PROPORIONATVM ANATVRA, FERETOTVM HABEMVS. Hoc illud est OVVM AQUILINVM, Quod SCARABEVS, olim dirupit propter INIVRIAM, quam Timidis Brutisque Homini- bus, Illius AVIS Violentia & Cru- delitas intulit: Licet ad Scarabei An- trum (Auxilii Implorandi Gratia) ali- quibus confugiētibus, non inde tamē liberatis: Sed ipse solus Scarabeus, hāc sibi vindicandam INIVRIAM, modis omnibus, existimans: Vt erat alacri a- nimo, Constantique voluntate pa- ratus, ita ad id præstandū, nec Viribus carebat, nec Ingenio: Vnde variis Conatibus AQUILAM dum perse- queretur Scarabeus: Subtilissima FIMI Arte vsus, Illius tandem (vel in Iouis Gremio depositum) OVVM, in TERRAM PRÆCIPITARI

adeoque DISRVMPI effecit. Et eadem, aliave ratione Aquilinam tandem totam Speciem, e Terris delevisset Scarabeus, nisi, (malum tantum Præcauens,) Iupiter effecisset: Quo Anni tempore, Aquilæ sua sollicitè curant OVA, Nulli vt circumvolitent SCARABEI. Illis tamen Consularem, qui istius AVIS vexantur Crudelitate, ab ipsis Heliocantharis (qui ita certis Temporum Curriculis latitando viuunt) Vtilissimam artem discere: Quibus, iam licet non faciant ipsi, esset tamen longe gratissimum, suis INDICIIS & Signis, de suo Inimico, Vindictam sumi posse. Et hic (O Rex) non Æsopum conari me vt agam, Sed Oedipum, Faterentur, si adessent, Illi, quorum Mentes, ita de Nature Summis Fabulari Mysteriis, primo subiuit. Esse profecto quosdam noui qui SCARABEI AR-

TIFICIO, Si haberent DISSOLV-  
TVM AQVILINVM OVVM, CAL-  
CEM eiusdem, cum Albumine puro,  
totoque TEMPERARENT primò.  
Deinde illud TEMPERAMENTVM,  
VITELLI liquore toto, artificioso  
ordine, oblinirent: voluendo, reuol-  
uendoque: Vt Scarabei suas conglo-  
merant Pilas. Ita, magna fieret OVI  
METAMORPHOSIS: Iam scilicet  
disparète,

& quasi in-  
uoluto AL-  
BUMINE  
ipso ( illis  
multis ve-  
luti Heli-  
cis Reuo-  
lutionibus



factis) in ipso VITELLINOSO LI-  
QVORE. Cuius Artificii, tale Hiero-  
glyphicum signum, NATVRÆ haud

displcebit Oeconomis. Sæculis prioribus, multum esse a grauissimis, & Antiquissimis celebratum Philosophis, tale Artificium, legimus: certissimum & vtilissimum. Anaxagoras certe, ex hoc Magisterio, excellentissimam, Post, fecit Medicinam: vt in suo *Ἐπιτέκτροφῶν φυσικῶν* libello videre licet. Nihil hic esse extra nostræ M O N A D I S virtutem Hieroglyphicam, qui animum istis Mysteriis sincerius applicat, clarissime perspiciet.

*T H E O R. XIX.*

**Q**Vod SOL & LVNA, omnibus cæteris Planetis, longe fortius, in inferiora cuncta Elementata Corpora, suas Corporales infundant Vires: Omnium rerum Corporatarum ANALYSIS PYRONOMICA, Effectu demonstrat: LVNÆ dum refundunt Aqueum Humorem. SOLISQUE Igneū Liquorem: quibus, Re-

rum

rum Mortalium Sufientatur C O R-  
P V L E N T I A T E R R E S T R I S .

*T H E O R . X X .*

**L**icet fatis bona ratione Hierogly-  
phica , fupra , demonftrauimus,  
E L E M E N T A , per Lineas Rectas fi-  
gnificari: Hic tamen de C R V C I S no-  
ftræ P V N C T O Quafi C E N T R A L I ,  
Exactiffimam dabimus Speculatione-  
nem. In T E R N A R I I noftri Confide-  
ratione, nullo modo, Illud Abefle po-  
teft: in eo noftri B I N A R I I Situ. Si e-  
nim abefle poffe, Quis ( Diuinæ Im-  
peritus Matheseos) contenderet: Ab-  
efle Supponat. Non erit ergo Reli-  
quus, B I N A R I V S nofter: Sed emer-  
get Q V A T E R N A R I V S: Puncti illius  
Ablatione, Difcontinuata Linearum  
vnitate. At Binarium efle Reliquum,  
vna nobifcum Suppofuit aduerfarius  
nofter: Erit ergo & B I N A R I V S, idem,  
& Q V A T E R N A R I V S, eadem

consideratione. Quod *ἡ ἀδωάτων*  
 esse, satis est Manifestum. Adesse er-  
 go ex omni Necessitate, debet illud  
 PUNCTVM, quod cum BINARIO,  
 nostrum Constituat TERNARIVM:  
 nec Aliud quid eius loco SUBSTI-  
 TVI potest. Non tamen est de Hy-  
 postatica Proprietate, ipsius BINARII:  
 nec aliquo modo Pars. Quod non sit  
 Pars, hinc demonstratur. Omnes Li-  
 neæ Partes, sunt Lineæ. At illud esse  
 PUNCTVM, hypothesis confirmat.  
 Non ergo BINARII illius Pars ali-  
 qua: Vnde multo minus de Hypo-  
 statica Proprietate Binarii. Proinde  
 NOTANDVM est maxime, quod &  
 Propriam Habeat HYPOSTASIM:  
 Et nihilo minus tamen, in ipsis no-  
 stri BINARII Longitudinibus LI-  
 NEARIBVS, contineatur. Et quia,  
 Sic, VTRISQVE videtur esse COM-  
 MVNE; QVANDAM, & IPSVM,




BINARII, SECRETAM RECI-  
PERE IMAGINEM censeſeri. Vnde,  
QVATERNARIVM, Hic, D E-  
MONSTRAMVS, IN TERNARIO  
QVIESCENTEM. Tu, mi Deus,  
mihi ignoſcas obſecro, Si erga tuam  
nunc Peccauerim Maieſtatem, tan-  
tum, in Publicis, Scriptis, Reuelans,  
Myſterium. Sed Spero, quod, Soli,  
qui ſunt Digni illud vere Intelligent.  
Pergamus nunc ad noſtræ CRVCIS,  
illum, quem assignauimus QVA-  
TERNARIVM. Vbi an Abesse illud  
PVNCTVM poteſt, quod IBI Re-  
preſentatur, perpendamus. Mathe-  
matica profecto nos docet remoueri  
poſſe. Nam non Solum, EO SEPA-  
RATO, RELIQVVS Eſt noſter QVA-  
TERNARIVS: Sed cum DISTIN-  
CTIOR longe tum CLARIOR in o-  
mnium oculis erit FACTVS. NVL-  
LA SVÆ SVBſTANTIALIS PRO-

PORTIONIS RECEDENTE PAR-  
 TE: SED SVPERFLVO, ET CON-  
 FVSIONIS PVNCTO, SIC DAM-  
 MNATO, REIECTOQVE. O o-  
 mnipotens Diuina Maieſtas, QVAN-  
 TAM TVIS APICIBVS, ET IO-  
 TIS, IN TVA DESCRIPTIS, DI-  
 SPOSITISQVE LEGE INESSE  
 SAPIENTIAM, ET INEFFABI-  
 LIVM MYSTERIORVM INFINI-  
 TATEM, CONFITERI COGIMVR  
 MORTALES: SI MAXIMA TER-  
 RENA SECRETA ET ARCANA,  
 VNIVS ISTIVS PVNCTI, A ME,  
 (AT IN TVO LVMINE) LOCATI  
 ET EXAMINATI, INDICIO  
 VARIO, EXPLICARI ET FI-  
 DELISSIME DEMONSTRARI  
 QVEANT: PVNCTI videlicet in  
 TERNARIO diuino, nullo mo-  
 do SVPERFLVI: AT PVNCTI  
 in QVATVOR ELEMENTO-

RVM REGNO, considerati, FÆ-  
 CVLENTI quidem, CORRUP-  
 TIBILIS, TENEBRICOSI. O  
 Terque, Quaterque Beatos illos, qui  
 illud TERNARIJ, (quasi COPV-  
 LATIVVM) ADIPISCI possunt  
 PUNCTVM: & illud QVATER-  
 NARIJ, TETRVM & SVPERFLV-  
 VM, AMANDARE Tenebrarumq;  
 Relinquere Principi. Sic, ad CLARİ-  
 TATIS NIVEÆ, & ALBARVM  
 VESTIVM Ornamenta peruenie-  
 mus: O MAXIMILIANE,  
 Quem, Deus, (ista Mystagogia, aut  
 Aultriacæ Familiæ aliquem) Maxi-  
 mum, aliquando faciat (vel me qui-  
 dem in Christo Dormiente) ad sui  
 Tremendi Nominis Honorem: in  
 istis, Istis, (Puncti in TERRIS SV-  
 PERFLVI,) abominandis Tene-  
 bris; & vltius, intolerabilibus.  
 Sed ne Ipse iam Superflua (non


apto scilicet loco) profundam verba,  
 intra Propositi mei Cancellos, actum,  
 nunc me recipiam. Et, quia, illis  
 Sermonem iam absoluerim, quorum  
 Oculi in eorum Sedēt Corde: Nunc  
 mihi ad illos cōuertenda Oratio est,  
 quorum Corda in eorum adhuc pro-  
 mineant oculis. Quæ hoc loco dixi-  
 mus, En C R V C I S adscripta figura,  
 aliquo modo repræsentare potest.  
 Primum, de P V N C T O, in Binis Æ-  
 qualibus L I N E I S (æqualiter & inæ-  
 qualiter decussatis) N E C E S S A R I O;  
 Veluti hic, ad A Deinde, ad B (quasi  
 quãdam Puncti superflui ablati, Va-  
 cuitatem) distin-  
 ctas videtis, QVA-  
 TVOR rectas Lí-  
 neas: a P V N C T O,  
 prius illis com-  
 muni, S E P A R A T A S: Illis, inde, nul-  
 lo eueniente sui detrimento. Ista est



via,

via, per quam Nostra MONAS, per  
Binarium, TERNARIUMQUE pro-  
grediens, in QUATERNARIO Puri-  
ficato, sibi Vni restituatur, per Æ-  
qualitatis Proportionem. (Quodq;  
enim Totum, suis omnibus partibus  
est Æquale.) Hocque dum fiat, nihil  
interea Externarum admittit, No-  
stra MONAS, Vnitatum, Numero-  
rumve: Cum ipsa sibi exactissime  
Sufficiat: Suis absolutissima Nume-  
ris omnibus. In quorum Amplitudi-  
nem, tum Magicis diffunditur mo-  
dis: tum non vulgari, post, Artificis  
Industria, & maximo Ipsius Mona-  
dis Emolumento, (in Dignitate &  
Potentia) ad suam Primam Propriã-  
que Restituitur MATERIAM: inte-  
rim, quæ ad genuinam hæreditariã-  
que suam non Spectant Proportio-  
nem, omni modo & diligentia, rese-  
ctis, reiectisque in æternum Fæcibus.


## THEOR. XXI.

SI, Quod in nostræ MONADIS Re-  
 cessibus, Interius Latebat Inuo-  
 lutum, esset in Lucem erutum; com-  
 mutatisque vicibus, eiusdem Partes  
 Primæ, quasque Exteriores, Loco  
 Includerentur Medio, Qualis inde  
 fieret MONADIS Philosophica Trās-  
 formatio, Superius Vidistis: Nunc  
 vero, Mysticæ MONADIS, aliam  
 vobis proponemus Localem Com-  
 mutationem: Partibus illis, vnde S v-  
 PERIORVM PLANETARVM, Cha-  
 racteres nostri Hieroglyphici, sese  
 nobis obtulere prius, Sursum hîc ere-  
 ctis: eaque ratione, reliquis quidem  
 deinceps Planetis, eum singulis Sor-  
 tientibus Situm, quem illis Plato ad  
 scribere fere visus est: Si rite ex  
 Positione ista desumantur. In  
 ipso enim Acumine Arietino,   
 Cōueniunt Saturnus, Iupiter, —

Mars:

Mars: deinde descēdendo, Crux Veneri Mercurioq; inseruit. Sequuntur tandem ipse Sol, & infima, LVNA. Sed hæc alio sunt ventilanda, loco: Nostræ tamen MONADIS hosce nolui celare Thesaurus Philosophicos. Sicque vnam rationem dare, cur ita MONADIS mutari Situm, cōsultum duximus. Sed, alia, quæ in rem vestrã esse scio, Videte, Auditeq;, de hoc Situ, maiora: paucisq; explicanda. Distribuamus igitur MONADEM, (hoc nouo modo Locatam) in Anatomica Membra

B.D.C. Vbi, in illo nouo TERNARIO; ipsius D, & C, vel Rusticis quidem, sunt no-



tæ FIGVRÆ. At ille TERTIVS, qui per B designatur, non tam facile a Cunctis cognosci potest. Nec illud

- quidem leuiter est considerandum:
1. illas tā notas FORMAS, D, & C; separatas diuersasq; ab illo B, ostendere
  2. ESSENTIAS: Secundo, quod istius C, cornua, deorsum, quasi TERRAM versus conuerti conspiciantur: Et, D illius, ea pars quæ ipsam C, illuminat: versus terram, deorsum Scilicet, respicit: in cuius solius Centro, est Visibile PUNCTVM: vere TERRESTRE
  3. Et Quod vtraque Denique D & C, ad Inferiora magis loca, hic suum Hieroglyphicum faciunt Indicium, quam B. Terra autem, Hieroglyphice, STABILITATEM, & FIXIONEM notare nobis potest. Qualia ergo sint D, & C, inde, concludendum relinquo. Vnde etiam Magnum nunc notare SECRETVM, Quisq; potest: de Priore SOLE & LVNA, quæ diximus, quomodo hinc Interpretationē pleniorē, & maxime necessariam,

recipe-



recipere possunt: Illis quidem, vsque in hunc locum, sursum positis: Luna-ribusque Cornibus sursum eleuatis. Sed de hoc Satis. TERTII nunc il-  
lius, Iuxta nostrę Hieroglyphicę Ar-  
tis Fundamenta examinemus NATVRAM. Primo, in Capite gestare videtur LVNAM DVPLICEM. Vel Arietē, nostrum, (sed inuersum My-  
stice.) Deinde Elementorum habet annexum Hieroglyphicū Signum. Quantum ad LVNAM Duplicatam attinet: Sic (iuxta Materiam subiectā) explicari potest: DVPLEX LVNÆ GRADVS. De gradibus loquimur il-  
lis, quales Physices Periti, QVATVOR tantum inter omnes possint inueni-  
re Creatas NATVRAS: Nimirum ESSE, VIVERE, SENTIRE, & INTEL-  
LIGERE. Primos ergo Duos istorum Gradus, huic inesse annotantes: Sic dicemus: LVNA EXISTENS, VIVA.


Vitam vero Quidam per Motum definiunt. MOTVS autem Sex sunt notissimæ Species. CRVX certe quæ adiuncta est: Elementorum hic requiri Notat Artificium. Præterea, in istis nostris Theoriis, vt SEMICIRCVLVM, LVNÆ esse Hieroglyphicum sæpissime tradidimus: Ita & Integrum Circulum, SOLEM significare: hîc autem, duo sunt Semicirculi; Sed SEPARATI (ad commune PUNCTVM Copulati tamen) qui, si apte coniungantur ( vt arte possunt quidem) SOLAREM nobis Circularemq; referre possunt Plenitudinem. Ex istis simul consideratis, sic Summatim, Hieroglyphice, nos hanc proferre posse Sententiam patet. LVNA EXISTENS VIVA, PER ELEMENTORVM TRACTANDA MAGISTERIVM: HABENS POTENTIAM, VT SOLAREM REPRÆ-

SENTET PLENITVDINEM, SVIS  
SIMVL ARTE CONNEXIS SEMI-  
CIRCVLIS. Compleatur ergo: Fiatq;  
ille, (quem diximus) CIRCVLVS: vt,  
per E literam, hic annotauimus. Me-  
mores ergo sumus, primo hunc SO-  
LAREM GRADVM, non Natura no-  
bis fuisse obuium, sed ARTIFICIA-  
LEM, FACTITIVMQVE iam esse: Et  
eum quidem, nobis se obtulisse pri-  
mo aspectu; & Natura sua, (videlicet  
in B) suis Partibus Laxis, Fluxis, disso-  
lutis; non SOLIDE in Solarem Spe-  
ciem Compactis. Deinde horum Se-  
micirculorum Semidiametrum, non  
esse æqualem Semidiametro D & C  
(nobis ita natorum, & omnibus No-  
tissimorum) sed Minorẽ multo. Vn-  
de Clarum est: nõ esse tantæ Ampli-  
tudinis, ipsũ B, quantæ sunt ipsa D, C.  
Et hoc bene nobis cõfirmat E ipsum:  
opere isto Circulari, a B, in Speciẽ E,

promoto. Nam inde nobis emergit *VENERIS* solum Character. Apertum ergo iam fecimus, Hieroglyphicis istis Syllogismis: Ex B, non sperandum nobis verum D. Nec fuisse primo veram C, in natura B: Vnde non fuit *VERA, LVNA*, viua. De *VITA* ergo & Motu quoque iam dubitare potes: an vere & Naturaliter, sic se habeant: Erunt tamen, vt iam Prudentibus Elucidauimus, ad minus *ANALOGICA* quidem, *OMNIA*, quæ simili (de B) dicuntur Phrasi: vt & superius, quæ de C, & D, perstrinximus breuiter, *ANALOGICE*: Ipsi B, cum suis *ELEMENTIS*, Proprie conueniunt. Quæ de Arietis etiam Natura adduximus, huic debent exacte conuenire: cum eandem illius in suo capite (licet inuersam) gestet Figuram: vt & Elementorum eadem Nota Mystica, ipsi B adiungitur.

Cum

Cum ex hac tamen Anatomia videmus, quod ex vnico nostræ MONADIS corpore (tali dissecto arte) iste nouus prodierit TERNARIUS: Inde, dubitare non possumus, Eiusmodi MEMBRA, mutuam inter se amplexura SYMPATHIAM: VNIONEMQVE MONADICAM ABSOLVTISSIMAM, sua quasi sponte, admissura: Ita in istis MEMBRIS, MAGNETICA virtus est vegeta.

Hoc denique annotare libuit, (animi recreandi gratia:) Quod ipsum B, nobis, RVSTICAS, tot literas expeditissime exhibet, quot Puncta, sursum, conspicienda in capite, & quasi Fronte gerit: istas  { } scilicet tres: vt & alias quasi sex: (Summatim autem ter tria) RVDES valde & impolitas, fluxiles volubilesque: vt, ex Semicirculis, vno vel pluribus, eas de esse factas videtis. Sed Expertorū


literatorumq; manibus inest firmior  
 Stabiliorque **ISTAS FORMANDI  
 LITERAS** Ratio. Myſteriorum in-  
 finitatem, hîc ante oculos habui: ſed  
 volui cum hoc Ludicro, iſtã abrum-  
 pere Theoriam. Haud parum tamẽ  
 me quorundam promoturũ Cona-  
 tus intelligo: Si (priori ſuo Myſtico  
 Situi, reſtituta noſtra **MONADE: Cõ-  
 poſitisq; Artificioſe ſingulis Mẽbris)**  
 Saltem moneam eoſdem, hortetque:  
 accuratius, **NUNC** eruẽre, **QVIS** fuit  
**IGNIS** ille **ARIETINVS**, **TRIPLICI-  
 TATIS PRIMÆ**. **QVIS** Ille **Æquino-  
 ctialis noſter**. **QVIS** in cauſa fuit,  
 quod **SOL** **EXALTARI** poterat **SV-  
 PRA VVLGAREM SVVM GRADVM:**  
**Ceteraque priora, perplura, SECVN-  
 DIS SAPIENTIORIBVS PER-  
 CVRRERE MEDITATIONIBVS.**  
 Sed nos ad alia nunc properantes, di-  
 gito tantũ aliis iter indicare, (cui  
 inſistere

insistere debeant ) non amicè solùm, sed etiam fidelissimè voluimus: Mysteriorum ( vt diximus ) aliorum tacentes tamen infinitatem Conspicuum.

*THEOR. XXII.*

**N**ondum nostræ **MONADIS** esse exhausta Mysteria, facilè liquebit. Si secretiora quædam **ARTIS SANCTÆ** Vasa ( omnino Cabalistica illa quidem ) Solis Initiatis Reuelanda; ex eiusdem **MONADIS** officina caute desumpta, Vestræ Serenitati Regiæ, nunc exhibuerim spectanda. **OMNI** ergo **NEXV** nostræ **MONADIS** Sapienter **DISSOLVTO**, singulis partibus ( distinctionis gratia ) literales addamus **Notas**: pro ut hîc factũ videtis. Monemus ergo, esse Vas quoddam Artificiale, ex **A & B**: cum ( vtrisque communi, & iam

Manifestado  
SEMIDIAME-  
TRO ) ipsa  
quidem M,  
factum: Et,  
ab Alphabeti  
Græci, Prima,  
hac litera, so-  
la partium lo-



cali Metathesi, diuersum: vt. Videtis:  
Ex Recta enim, Circulo & Semicir-  
culo, Veram illius, Mysticamq; iam  
nos primi docemus, Symmetriam (li-  
cet supra etiam monuimus, ex Circu-  
lo & Semicirculo eandem fieri posse:  
omnia tamen in idem recidunt pro-  
positum Mysticum) At,  $\lambda$ , &  $\delta$ :  
Primum quidem, aliorum sunt Va-  
forum quasi imagines: ( $\lambda$ , quidem  
VITREI:  $\delta$  autem, Terrei.) Sed, se-  
cundo in loco,  $\lambda$ , &  $\delta$ , nos memores  
reddere possunt, cuiusdam Pistilli &

Mortarii,










Mortarii, ex Materia (vere) tali præparandorum, Vt cum iisdem Margaritis Artificiales non perforatas, Laminas Crystallinas, Beryllinasque: Chryfolythos, Rubinos deinde pretiosos: Carbunculos & alios Rarissimos Lapidés Artificiales in Pulveres subtilissimos Conteramus. Denique quod cum  $\omega$  notatum videtis, Vasculum est, Mysteriorum Plenissimũ: & ab ipsa Vltima Alphabeti Græci littera, (ad suam primam institutã Mystagogiam nunc restituta) vel sola partium manifesta Metathesi locali discrepans: ex duobus & illa quoque constante Semicirculis. De Vulgaribus præterea Necessariis Vasorum, tum figuris, tum (vnde fieri debent) Materiis, non est necesse hoc loco, vt verba faciamus. Hoc tamen erit cõsiderandum,  $\alpha$ , sui Muneris obeundi captare Occasionem, ex Secretissi-

mo breuissimoque Spiraculi ARTIFICIO; Et (המירי ששם ושרת קרב) [אך ממועל נמוג.] תמולה] Tyronibus OPERIS expeditissimum eliciet Primordiale Specimen; Interim dum SVBTILIORA Præparandi, artificiosior illis innotescat Via. At in λ, vitreo (In præcipui sui officii functione,) Aër omnis externus, Ventusve damnum adferret magnum.

ω, autem, OMNIVM est HORARVM  
 ΗΟΜΟ. Πόρεια.

Τῆς ἱερᾶς Τέχνης, Quis iam non potest subodorari, suauissimos & saluberrimos Fructus: vel ex istarum (dico) duarum tantum literarum enascentes Mystério? Quorum aliquos quasi in speculo videndos, propius aliquantulum ex nostris HESPERIDVM HORTIS) adducemus: Nihil, extra nostram MONADEM, in medium

dium ferentes. Ipsa enim quæ in Alpha apparet Recta Linea, omologa illi est, ex postremæ Anatomix, Crucis parte ea, quæ Litera M, notatur: reliqua etiam, inde patere potest, vnde huc veniant.

	Existens ante Elementa.	Adam Mortalis Masculus & Fœmina.	Mortificans.	Adumbratus.	Natus in Stabulo.
	Elementaris œconomia.	Elementalis. Genealogiæ Consu- matio.	CruX.	CruX.	Holocaustum in Cruce.
	Existens post Elementa	ADAM IMOR- TALIS.	Vivificans.	Manifestif- simus.	Rex Regum Vbiq.
Conceptus Singulari In- fluentia.	Potentix Semen.	Creatio Hyles.	Matrimo- nium Ter- restre,	Principium.	
Passus & Sepultus.	 Denaria	Depuratio Elementalis.	Cruis Martyrium	Medium.	
Resurgens, propria vir- tute.	Gloriæ Triumphus	Transfor- matio.	Matrimo- nium Divinum.	Finis.	

His paucis, tales me scio non ἀ-  
 φορμὰς, solum, sed Apodixes dare illis,  
 quibus Igneus intus viget gliscitque  
 Vigor, & cęlestis Origo: vt facile iam  
 magno Democrito aurem præbeāt:  
 τὸ τῆς Ψυχῆς prædicenti ἴαμα, καὶ παντός μό-  
 χου λυτῆριον κατασκευάσαι βυλομένοις, non  
 Μυθικὸν esse hoc Dogma, sed Μυστικὸν, &  
 Arcanum: vt & illi, qui asseruit, quod  
 λόγῳ δημιουργεῖ κόσμος μεθοδεύεται: ἵνα ὁ θεό-  
 φρων καὶ ὁ θεογενὴς ἄνθρωπος, διὰ τῆς ευθείας ἐργα-  
 σίας, καὶ μυστικῶν λόγων μάθῃ.

T H E O R. XXIII.

S Y M M E T R I A S, iam, in nostræ M O -  
 N A D I S Constructione Hierogly-  
 phica, a nobis obseruatas: & ab illis,  
 qui in Annulis, Sigillisve eandē gesta-  
 re, vel aliter habere, gratum erit, ob-  
 seruandas: accurate annotatas hic ex-  
 hibemus. In Nomine I E S V C H R I -  
 S T I, pro nobis C R V C I, affixi (cuius  
 Spiritus celeriter hæc per me Scribē-  
 tis, Calamum tantum, esse Me, &


Opto,

Opto, & Spero.) Ex *ELEMENTORVM* nostra *CRUCE*, omnes istas nunc petemus *Mensuras*. Vel hac quidem (iuxta *PROPOSITI ARGUMENTI MATERIAM*) ratione: Quod, sub Cælo *LVNÆ*, quidquid suæ Generationis capit Exordium, vel ex *QUATVOR* Elementis est coagmentatum: vel Elementaris ipsa quidem est *ESSENTIA*: Idq; modis variis, non Vulgariter cognitis. Et quia in nulla re Creatâ, Elementa ipsa, in *Æquali* sunt Proportione, vel virtute: Arte tamen ad *Æqualitatē*, in quibusdam (vt Sophi norunt) rebus, reduci possunt: in *CRUCE* nostra, *Æquales* & non *Æquales* constituimus partes. Quod, alia ratione, Idem & Diuersum: siue *Vnum* & *Plura*, nominare possumus. *CRUCIS* æquilateræ, (vt supra monuimus) in *Secreto*, admittentes Pro-

Proprietatem. At, Si SYMMETRI-  
ARVM hîc positarum, rationes (quas  
tenemus) singulas, in medium ad-  
duceremus; vel aliter, quàm (Sapien-  
tibus) abunde satis, per totum feci-  
mus opusculum, demonstraremus  
causas; Propositi nostri, Limites, no-  
bis, haud temere præscriptos, transi-  
liremus.

**A**Ccepto, in plano, Puncto aliquo:  
Veluti A: per idem, vtrinq; duca-  
tur Recta satis longa: quæ sit C, A,  
K. & super lineam K, C, a Puncto A,  
erigatur Perpendicularis: Vtrinq; ad  
sufficientem producta Longitudinẽ  
(in Infinitum, solent dicere Geome-  
træ; bene, incommoda præcauentes)  
Quæ admittatur esse D A E. Iam  
in A K; accipiatur Punctum, vbi li-  
bet; & sit B. Habita primum nunc  
A, B, (nostri scilicet operis commu-  
ni Mésura) huius, Tripla capiatur, ab

A versus C: & ponatur esse AC. Ipsius AB, Dupla fiat AE. Et Dupla ipsius AB, sit AD. Ita quod tota DE, sit ipsius AB, Quadrupla. Sic ergo nostram CRUCEM ELEMENTALEM confecimus. Ex AB, AC AD, & AE. Linearum Scilicet QUATERNARIO. Nunc, ex BK, refecetur recta, æqualis ipsi AD: & sit BI. Centro I, & Interuallo IB, describatur Circulus; qui sit BR: secans rectam AK in puncto R. A puncto R, versus K, rescindatur recta æqualis ipsi AB; & sit RK. Ad punctum K, educatur vtrunque, (ad angulos rectos, cum ipsa AK) Sufficientis longitudinis linea recta: quæ sit P, K, F. Ab ipso K, puncto, versus F, refecetur



recta, ipsi  $AD$  æqualis: Et sit  $K, F$ .  
 Centro deinde  $K$ , & Interuallo  $K F$ :  
 describatur Semicirculus  $F, L, P$ , ita  
 quod  $F, K, P$ , sit eiusdem Diameter.  
 Tandem ad punctum  $C$ , ipsi rectæ  
 $A, C$ , ducatur Perpendicularis, vtrin-  
 que, ad longitudinem sufficientem  
 extensa: & sit  $O, C, Q$ . Postea, ex linea  
 $C, O$ , & ad punctum  $C$ , accipiatur  
 Recta, æqualis  $A, B$ , lineæ: Et sit  $C,$   
 $M$ . Centro  $M$ , & interstitio  $M, C$ , de-  
 scribatur Semicirculus  $C, H, O$ , cuius  
 Diameter sit  $C, M, O$ . Et simili deni-  
 que ratione, ex  $C, Q$ , recta, & ad Pun-  
 ctum  $C$ , refecetur linea æqualis ipsi  
 $A, B$ : & sit  $C, N$ . Centro igitur  $N$ , &  
 longitudine  $N, C$ , fiat Semicirculus,  
 $C, G, Q$ . Cuius,  $C N Q$  sit Diameter.  
 Iam Asserimus requisitas omnes, in  
 nostra  $MONADE, SYMMETRI-$   
 $AS$ , explicatas, descriptasque esse.

Monere tamen Mechanicum li-


bet:



bet: C, K, totam lineam, nouem esse  
taliū partium, qualium, nostra  
FUNDAMENTALIS, AB, vna  
est. Vnde alia via, ille ad hoc idem o-  
pus absoluendum accedere potest.  
Deinde Diametros, Semidiametros-  
que omnes, obscuris hîc ( vt loquun-  
tur Mechanici) lineis designari debe-  
re. Nec vllum visibile relinquendum  
CENTRUM: excepto Centro So-  
lari: quod, hîc, litera I, notatum videt.  
Literasque adiungēdas nullas, Tum  
ad Ornatum, (non Necessitatem ali-  
quam Mysticam a nobis ea ratione,  
iam considerandam) Peripheriæ So-  
lari, Latitudinem Superficialem (in-  
trinsecus parallelo vno descripto) Me-  
chanicus adiicere potest. Parallelorū  
vero distātia, per quartā quintamve  
partem, A, B, vel circiter, fieri potest.  
Lunari autē, illā tribuere Speciē, qua  
solet Prima, post suā cum Sole Con-

iunctio-


iunctionem, in Cælo Apparere: videlicet Corniculata admodū. Quod fiet, si a K puncto, versus R, accipiatur illa, (quã diximus) Quarta, quintaue pars lineæ A, B: & super eius lineæ fine, tanquam Centro, Semidiametro vero Lunari, trahatur ista secunda Peripheriæ pars, ad vtrunque prioris Semicirculi contactum nitidum. Simile quid ad M, & N, puncta, fieri potest: erectis ibi Perpendicularibus: in quibus pars, ipsius A B, sexta, vel minor accipiatur: vbi, facto Centro, prioribus autem M, C, & N, C, Semidiametris, ducantur extrinsecus, illi secundi, quasi Semicirculi. Per ipsas denique, nostræ Crucis Rectas, vtrinque possunt Paralleleæ protrahi, a mediis per octavam, vel decimam par-



tem ipsius A, B, distantes: Ita vt nostra *CRVX*, ex *QVATVOR* Superficiebus quasi Linearibus, ea ratione conficiatur: quarum latitudo, sit quarta vel quinta pars ipsius A B, rectæ. Hæc Ornamenta, apposita figura, volui aliquo modo adumbrare. Quæ omnia, vnusquisque, pro sui animi sententia, facere potest: modo interea, nostris *MYSTICIS SΥΜΜΕΤΡΙΙΣ*, nulla (vel minima) inferatur Iniuria: Ne, ea quidem negligentia, temporis tandem progressu, verarum istarum (& maxime necessariorum) Commensurationum Hieroglyphicarum perturbetur, pereatue Disciplina noua: longe amplior Maiorque quam hoc libello, eandem vel potuimus, vel voluimus quidem explicare. Vt *Temporis Filia, DEI NVTV*, docebit *VERITAS*.

**A**T, quæ cuius esse obuia possunt,  
 in istis nostræ **M O N A D I S** Sym-  
 metriis sese exercēti, Methodice iam  
 quædam, ob oculos ponemus. Pri-  
 mum quidem ordientes, a nostræ  
**C R V C I S** Linearum **Q V A T E R-**  
**N A R I O**: eo habito respectu, quo,  
**Q V A T V O R** esse Lineas, simpliciter  
 enuntiare, quis potest. Deinde de Ea-  
 rundem linearum **Q V A T E R N A R I O**  
 prout peculiarem, Mysticamq; , alio  
 modo habent partitionem, & ratio-  
 nem. Tertio, Numeris, quos vel isto  
 loco, vel ex aliis, per totum libellum,  
 Theoriis, artificiose elicuimus, vtilia  
 quædam a Deo in **N A T V R A**, esse  
 destinata Officia, nonnullis mon-  
 strabimus exemplis: aliaque oppor-  
 tunis inferemus locis: quæ fructum  
 haud exiguum ferent, probe in-  
 tellecta: hæcque breuissime  
 absoluemus.

QVATERNARIII PYTHA-  
GORICI.



Omnis pos-  
sibilis Me-  
tathesis, 24.

Summa Py-  
thagorica,

———— 10.

Omnimo-  
da partium  
additio, dat

30.


*Noster Metatheseos Canon.*

Naturali ordine, a Prima Mona-  
de, descriptis quotcumque Nu-  
meris: Si a Primo ad Vltimum, fiat  
Continuata multiplicatio: vt, Primi  
in Secundum: producti in Tertium:  
illiusque Producti in Quartum: si-  
milique modo ad vltimum: Produ-  
ctum vltimum, omnem Possibilem

Metathesim in illis tot locis, determi-  
 nat. Parique ratione, in quibuscum-  
 que, tot diuersis rebus: Hanc ego O-  
 perationem, tibi (O R E X) pluri-  
 mum Commendo; tum in omni  
 Naturæ examinatione, tum in aliis  
 Reipubl. Negotiis vtilissimam. hac  
 ego in Hebræorum Tziruph  
 (siue Thmura) cum ma-  
 xima voluptate,  
 vti soleo.



QVATERNARII ARTIFICIALIS.



Continua-  
ta multipli-  
catio, — dat — 12.

Simplex }  
additio, } 8. } 1.  
— dat } 7. } 4.

Omnimodæ  
partium ad-  
ditionis, Sum-  
ma — est — 24.

Omni  
possibili  
Metathe-  
si Qua-  
ternarii,  
Aqua-  
lis; Quæ  
auri phy-  
sicam 24  
Karat.  
determi-  
nat Sani-  
tatem, &  
Bonitatem  
Summâ.  
Supra ter-  
ram dum  
habetur,  
per se.

NON sum Equidem Nescius, per plures alios, ex QVATERNARII, Arithmetica Virtute, & FORMALITATE, in lucem adferri potuisse Numeros. Sed qui ISTIS, Naturæ evolui, illustrarique obscuritatem magnam, non deprehēderit: maiori eorum multitudinem, obtundi suum, non acui sentiret ingenium. Nostris ergo Numeris (vt sumus


polliciti) quantum insit Auctorita-  
tis, in ELEMENTIS PONDERAN-  
DIS, in TEMPORVM MENSVRIS  
definiendis, Denique in Rerum Po-  
testati & Virtuti, certis præscriben-  
dis GRADIBVS, ex sequen-  
tibus id perpendendum ex-  
hibemus Schema-  
tibus.





Numeri nostri hanc habent Dignitatē: Vt illorum violare Leges, Peccatum sit contra Naturam Sapientiam: qua, eisdem nos docere velit, (in Mysterijs suis maximis examinādis) quibus certis Limitib. Statisq; Illi, denunciantur

Ista



Antiquorum **z**igma, Decupla Propotionis, explicatū.

OCTONARIUS nostræ CRVCIS

HORIZON ET ETERNITATIS.




1	2	3	4	5	6	7	8
Terra Pugillus	Aqua	Aëris	Ignis	METANORPHOSIS CONSUMMATA			
1.	10.	100.	1000.				
				1	2	3	4


	R E G N U M		
Corpo	ris:	Sp ūs:	An ima
1	2	3	
Tenebræ	Serenitas Cryſtallina	Anthrax	Circubitus
	12.13.	24.25.	

QVATERNARIVS: quo Num-  
erato, MONAS nostra 5 ABBATI-  
ZATIARTIS NAFVRAEQUE  
vltimam nacta POT E-  
STAT E M.

REPRESTAS AETHERENS SUPERCELESTIS  
SICEACTVS EST MVNDVS  
CEI ESTIS

**E**X istis Schematibus , plura elici  
 possunt : ( si penitius consideren-  
 tur ) quam apertis par est proferr e ver-  
 bis. Hoc tamen præ ceteris monemus  
 singulare vnum , ( a nobis etiam Pri-  
 mis vna cum tota hac noua euulga-  
 tum arte ) Rationem hic in medio ef-  
 se positam , ob quam , **QVATER-**  
**NARIVS** , vel **DENARIVS** , Nu-  
 merationibus finem imponit quen-  
 dam : eamque causam quam attulere  
 Maiores nostri , non fuisse absolutam  
 exactamque asserimus : sed istam quã  
 nunc narrabimus .

Postquam ista **MONAS** , est  
 sibi integre , pleneque Physice-  
 que Restituta , ( tum quidem est   
  
**MONAS** , **VNITISSIMA** ,   
 Magorumque iudicata **VNITAS** )  
 neque in **NATURÆ** , neque vllius  
**ARTIS** est potestate , **EANDEM**  
**SÆPIVS QVAM QVATER** , per

Supercælestes Reuolutiones, ad Pro-  
gressum vllum, **M O T V M V E** facien-  
dum impellere: (Ac inde progignitur  
Ille, quem nos ob eminentiam  
suam, sic notari volumus,) Idq;   
ea de causa, quod nec in Elemē  
tali mundo, nec Cælesti, nec Sv-  
**PER CÆLESTI**, sit aliqua Potestas,  
**CREATA INFLVENTIALIS**: Qua,  
tunc, non fuerit absolutissime Ditata  
& Dotata.

Cuius, hunc verum Effectum,  
**Q V A T V O R** simul (olim) Philoso-  
phantes Clarissimi Viri, Opere sunt  
consecuti: Vnde, diu, Maximo Rei  
Miraculo Attoniti, Tandem ad Dei  
Opt. Max. Canendas, prædicandasq;  
Laudes, se totos, deinceps conuerte-  
bant: Qui, ea ratione, illis, tantam Sa-  
pientiam, & super **CREATVRAS**  
cæteras, Potentiam, Imperiumque  
fuisse Largitus amplissimum.

## THEOR. XXIII.

**V**T, nostrum huius Libelli Exor-  
 dium, a Puncto, Recta, Circulo-  
 que Cœpimus: Sicque ex nostro Mo-  
 NADICO PUNCTO, LINEÆREM  
 nostrorum ELEMENTORVM Ef-  
 fluxionem Extremam, in Circulum  
 Circumduximus, Analogum fere, 1.  
 ipsi Æquinoctiali; qui Horis 24, suam  
 Conficit Circuitionem: ITA, nunc  
 tandem, QVATERNARI OMNI-  
 MODAM METATHESIM; (Nume-  
 ro definitam, 24.) METAMORPHO- 2.  
 SIM QVE hac nostra Vigesima  
 QVARTA Consummabimus, Ter-  
 minabimusque Theoria: Ad HONO-  
 REM, GLORIAMQVE eius: QVI,  
 (Teste, Mysteriorum Diuinorum  
 Archipræsule, Ioanne: in QVARTI  
 Apocalypseos Capitis, parte QVAR-  
 TA VLTIMA QVE) in Throno Se-  
 det: In Cuius MEDIO CIRCVIT- 3.

VQVE, Animalia QVATVOR (sin-  
 gula ALAS SEX habentia) (Sine re-  
 quie, DIE ac NOCTE, dicunt:  
 Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus  
 Deus Omnipotens: QVI Erat: &  
 QVI Est: & QVI venturus Est:  
 4 QVEM etiam, ex 24. Sedilibus, in  
 CIRCVITV positis, SENIORES  
 5 24, procidentes (AVREIS SVIS  
 ABIECTIS CORONIS) adorant;  
 dicentes: Dignus es Domine accipe-  
 re GLORIAM & HONOREM, &  
 VIRTVTEM: QVIA, TV, CREA-  
 STI OMNIA: Et propter VOLVN-  
 TATEM TVAM SVNT: ET  
 CREATA SVNT. AMEN,

DICIT

LITERA QVARTA,

Δ:

Cui,

*Cui, DEVS, Voluntatem Ha-  
bilitatemque dedit, Diuinum  
hoc Myſterium, æternis Sic con-  
ſignare Literarum Monimentis:  
Laboresque hoſce Suos, placidiſ-  
ſime abſoluere, Januarij  
25. die eiufdem 13,  
Inchoatos:*

*An. 1564. Antuerpia.*



*Contactus*

*ad Punctum*

*Vulgaris, Hic, Oculus  
CALIGABIT, DIFFIDETQUE  
plurimum.*















1385-893

1385-893

5480 2  
1000

3 107 H. + 100 H.  
Type T.

Long Area I, 102: extreme  
rare. Not in Bull.

# A 250

10 dg.  
Cbr

Handwritten musical notation on a five-line staff, including several notes and rests.

Handwritten text in a medieval script, possibly Latin, located below the first staff.

Handwritten musical notation on a five-line staff, including several notes and rests.

Handwritten text in a medieval script, possibly Latin, located below the second staff.

Handwritten musical notation on a five-line staff, including several notes and rests.

Handwritten text in a medieval script, possibly Latin, located below the third staff.

Handwritten musical notation on a five-line staff, including several notes and rests.

Handwritten text in a medieval script, possibly Latin, located below the fourth staff.

Handwritten musical notation on a five-line staff, including several notes and rests.

Handwritten text in a medieval script, possibly Latin, located below the fifth staff.